SUBSIDIUM

Ad condiſcendam Sacram tum profanam Eloquentiam plurimùm deſerviens.

Selectiſſimas, Phraſes, Senſus Sententias, Similitudines ex Claſſicis Authoribus collectas

CONTINENS

Pro uſu Studioſæ Juventutis

Scholarum Piarum.

Illuſtriſſimo Excellentiſſimo Dn̄o

JGNATIO

SWIDZIENSKI

Præfecto Litinenſi

Filio Palatini Braclavienſis

DEDICATUM

A devinctiſſimo huic Nomini.

P. Staniſlao Thoma DĄMBROWSKI

Scholarum Piarum in Collegio Radomienſi, Philoſophiæ Profeſſore.

VARSAVIÆ

Typis S. R. M. & Reipublicæ in Collegio *Scholarum Piarum.* Anno 1746.

A. Constantini Raczkowski

AVITUM DECUS. SWIDZIENSCIORUM.



Ad Illuſtriſſimum Excellentiſſimum Dominum.

PRÆFECTUM LITINENSEM

Cum pro tunc Varſavia in Scholis Piis Rhetorica navaret operam.

Stemmata quid faciunt, quid prodeſt Sangvine longo
Cenſeri claris quid juvat & Titulis ?
Sive Caput doctæ fuerit Tibi Stemma Minervæ,
Sive quod *in Signum* Nobilitatis habes;
Sis Prudens, Iuſtus, Fortis, ſis cultor honeſti;
Præclarum Nomen Stemmata tanta decent.

Ad Jllustrissimũ Excellentissimũ Dominũ.

JGNATIUM SWIDZIENSKI

Præfectum Litinensem.

LIbellum hunc ad comparandam facili negotio Eloquentiã cõcinnatum, ſub DigniſſimoNomine Tuo ad utilitatem Studioſæ Juventutis prodire volui; longiori artis Oratoriæ uſu edoctus quantũ ad hanc condiſcendam, rerũ ac Verborũ copia, ex clariſſimis Oratoribus aggregata conferat; & ut hâc ipsâ ratione debitæ à me *Jllustrissimo Nomini Tuo* obſervantiæ, in publicã lucem vulgato hujusmodi opuſculo palàm facerem documentũ. Cum enim & Tuum erga me amorẽ, & pluriũ beneficiorũ ab *Optimo Parente Tuo Palatino Braclavienſi* in me ſatis ſuperq; effuſorũ præſtantiam in mentem revoco; an non me pro his favoribus gratum ſemperq, memorẽ eſſe oporteat? an non cũ tempus opportunũ fortuna dederit, aliquo obſequii genere cõpenſare? licet pro ratione vitæ nunquã parem retulerim vicem. Sed cum: *Nec in victimis, licet opimæ ſint auroq; præfulgeant, Deorum ſit honos ſed in pia ac recta Voluntate venerantium*; non ambigo, quin Officia mea pro virium conditione exhibita, grata acceptaq; fuerint. Imò ſi rem penitiùs inſpicere in animo eſt; Tu ipſemet *Jllustrissime Juvenis*, æqui boniq; conſules, quod opellam hanc Tibi offeram; ubi enim pro optima

ac ſupra quàm tenerioribus annis cōveniret Indole Tua, Palæſtrā Eloquentiæ auſpicato ingreſſus, ſummo illius condiſcendæ amore flagraveris, habebis ad manū maximū adminiculū, varios in omni materia dicendi modos, ad formandam exornandamq; cultioris ac elevatioris Styli latini orationem ſelectiſſimos ſenſus, & vel hinc cognoſces, quàm benè de *Ampliſſimo Nomine Tuo* mereri ſtuduerim, qui publicæ olim Tuæ (Dii dederint) in Republica æſtimationis ſpectator, ea in teneriori ætate ſuggeſſerim media, quorum præſidio majorem alacritatem ad faciendos inſignes per ordinem temporū in Eloquentia paſſus, habiturus. Hæc ſunt *Inclyte Adoleſcens* maturi deinceps ingenii, ſalutarium communi bono conſiliorum, hæc Tuæ ipſius Gloriæ (quæ vera ac propria Sapientum eſt) ſemina; hæc ſunt proſperrimorum in ulterioris vitæ decurſu ſucceſſuū fundamenta; hi Fontes; unde in Clariſſimū Nomen Tuum quorūvis honorū redundabunt fructus; ubi ea mox cū ſuccreſcente ætate in animo Tuo plantabis bona, quorū copioſa pullulante meſſe, nihil magis ad vitam hanc benè beateq; degendā deſideraveris. Et certè; hoc Tibi à natura, hoc ab educatione, hoc cùm à Majoribus tum potiſſimùm ab *Illuſtriſſimo Parente Tuo* inculcari exiſtimes, omne ut vitæ Tuæ tempus cum honore & gloria *Celeberrimi Nominis* effluat; quippe privatorum duntaxat ea vivendi ratio eſt, ut vivant in obſcuro, vivant ſibi: Magnarū proſapiarum Nepotes, Æſtimatiſſimorum in Patria Heroum Succeſſores, Digniſſimorum juxtaq; Sapientiſſimorū Senatorū Filii, vitā longè a privatis diſſimilem duxerint, ut pote non ſibi ſed publico omniū nati bono, nati defendendæ Reipublicæ, ornandæ bonarū Artiū Scientiâ Patriæ, Legum manutenendarū integritati. Nec Tibi multis *Illuſtriſſime Præfecte* ea exaggerare expedit, quæ cùm & ſole clariora eſſe videantur, & ipſemet pro ea quâ polles Ingenii perſpicacia recognoſcis. Nec longioribus expedit ad amplectendas hujusmodi vitæ rationes Te ducere itineribus,

Cla-

Clarissimum ego Genitorem Tuum Palatinũ Braclaviensẽ (quem superi servent in vivis diutissimè) etiam atq; etiã imitandũ propono; Hic Tibi facem præferat quanto studio, quã impensâ curâ & solicitudine, quantâ viriũ contentione, *de Religione, de Majestate, de Republica* mereri oporteat, ut pote qui longiorem lucis hujus emensꝯ usuram, non tã annis, aut annorũ decadibus, quam emeritis militiæ stipendiis, publicis ad Comitia Regni Legationibus, Salutaribus in Senatu Consiliis, indefessis pro Salute publica laboribus metiatur; cujus maxima gloria, (cum vanæ laudis contemptorẽ sciam) prolatũ cũ Virtute Nomen, neq; condignè celebrando; loci hujus angustiæ facultatem præbuerunt. Quare Historiis, Annalibus, ac Amplissimis Sapientum Voluminibus, perennes Sapientissimi Senatoris laudes inserendas relinquo. Influit ultrò hoc loci in calamũ. *Jllust: Excel: Dñus Martinus Swidzieński Pincerna Ravensis, Judex Castrensis Radomiensis, Palatino Braclaviensi* Fraterno junctus Sangvine, Tuus vero *Jllustris: Præfecte Patruus*, quantâ in rebus agendis dexteritate in decidendis causarum forensiũ ad legũ præscriptũ prudentia; in familiaribus de statu Regnorũ & Provinciarũ positione, de Majestatis & Potentiæ firmandæ arcanis sermonibus peritiâ, quantâ præterea civilitate, affabilitate, in cultu amicitiæ constantiâ; dixerint meliùs illi, quibus & Personæ Dignitas, & honestissimorũ exempla morũ perspecta sunt. Cui (ut communi morẽ geram famæ) pro eximiis animi dotibus & Clarissimi Nominis vetustate, Senatorias occupare Curules consentaneũ. En *Jllusme Præfecte* alterũ ad Virtutis & Sapientiæ amorem incitamentũ; en alterã vitæ gloriose & cũ laude *Amplissimi Nominis* degendæ regulã; en Virũ, cui in moribus honestissimis, optare meliorem invenire parem difficile sit. Enim vero ex his ac potissimum *Optimi Parentis Tui Palatini Braclaviensis decoribus* non exigua pars etiã in Te derivatur *JllmePræfecte*. & , cum ludis literariis propediem valedixeris; *Aggre,*

dere

dere o Magnos (precor) *aderit iam tempus Honores:* & *Serenissimi AVGVSTI III. Regis Nostri Potentissimi* auspiciis, nullam vitæ Tuæ sentias elabi partem, quæ non novo *Principis* ornetur Munere; & cujus Augustissimæ manus, Te è sacro levare Fonte dignatæ fuerant, Earundem suffultus Patrocinio, quò longiùs ætate, eò altiùs ad honorum fastigia attollaris. Habe præterea ut nativi Sanguinis, ita quorũvis honorũ non disjunctum Sociũ *Illustrissimũ Michaelem* Fratrẽ Tuũ, cujus svavissimi mores, ac præstantissima Indoles, ut omnium in se trahit oculos & amorem, ita olim egregias animi sui dotes, lectissima honorum ultrò invitent & exornent præmia. Sed ne lõgior in Dedicatione, quam in Opusculi hujus contextu esse videar, orationi modum, meis verò obsequiis initiũ pono. Supplebunt quarũvis laudũ vicem, omnes ii, qui Libello huic res insertas non sine utilitate lecturi, Tuũ in ipso Capite observabunt Nomen, non sine grati animi testificatione, quod favere, patrocinari ac benevolẽtiâ Tuâ concurrere ad impressionem ejusdem non dedignatus sis. Unice rogo ut Libellum hunc veluti observãtiæ erga Te meæ indicem atq; interpretem benevole suscipias, quem felici Nominis Tui auspicio ad aliorum usum in publicum prodire volui; Olim amplissimã Ipsemet *Illme Præfecte*, rerum præclare gestarum ad posteritatis memoriã relicturus historiam. Vale Tibi, Literariæ Reipublicæ, faustissimè & diutissimè vive.

Jta precatur.

Jllust: Excell: Dominationis Vestræ.

Servus humillimus.

Stanislaus Thomas Dąmbrowski. *Sch: Piar: Prof: Phil: Coll. Radom.*

Ad LECTOREM.

CUm Superiorum meorũ diſpoſitione aliquot annis in Collegiis Noſtris & potiſſimum in Collegio Varſavienſi trium annorum ſpatio docendæ Rhetoricæ operam navaverim, varios adhibui & tentavi modos, quibus hujusmodi artẽ ut nobiliſſimam; ita difficultatis & laboris plenã Studioſæ Juventuti inſtillarem; faciliorem & cõpendioſiorem reperire non potui, quam ſi ex Claſſicis Authoribus varios dicendi modos, quos vulgo Phraſes appellare ſolent, annotare ac memoriæ mandare commendarem. Sed cum nimis ea moroſa videretur, tantam rerum copiam brevi Scholarum decurſu, ac eo quo par eſt ordine perficere, operæ pretium duxi, ex hujusmodi Phraſium ac ſenſuum aliarumq; rerum hic contẽtarum pharragine Libellum conficere, ac Juris communis eſſe; uſus hac in parte in adjutorium Clariſſimis Authoribus. Opuſculum itaq; hoc nedum profanæ ſed etiam Sacræ Eloquentiæ Studioſis commendatum voluerim, quibus Selectiſſimas Sacræ Scripturæ SS. Patrum ac aliotum Literatorum Virorum ſententias, ſimilitudines, ſenſus *&c:* Ordine Alphabetico ſubminiſtrabit. *Si* quid vero aut vitio fragilitatis humanæ, aut errore Typographiæ factũ eſſe advertes, ut ignoſcas, oro; nihilominùs pace Tua dixerim, ſemper Te ex ſolerti lectione Libelli hujus, fructum plurimũ habiturum. *Vale.*

CEN-

FACULTAS

Admodum R. P. Provincialis
VALENTINUS à B. Cunegunde,
Clericorum Regularium Pauperum
Matris DEI Scholarum Piarum per
Poloniam Præpoſitus Provincialis

CUm Libellum ſub Titulo *Subſidium ad Condiſcendam Sacram tum profanam Eloquentiam* per P. Stanislaum à S. Aloyſio Religionis Noſtræ Sacerdotem Profeſsũ elaboratum, deputati à Nobis Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint, poteſtate Nobis data ab Admodum R. P, Joanne Didaco Matre Dei, Vicario Generali, Facultatem concedimus ut Typis mandetur, ſi ijs ad quos pertinet ita videbitur. Datum Varſaviæ Die 5. Aprilis 1746. Jdem qui ſupra.

CENSURA THEOLOGORUM.

NOs infra ſcripti ex Commiſſione A.R.P. Noſtri Valentini á B, Cunegunde per Poloniam Præpoſiti Provincialis, Libellum, cui titulus: *Subſidium ad condiſcendam Sacram tum profanam Eloquentiam &c.* per R. P. Stanislaum à S, Aloyſio pro tunc Profeſſorem Rhetorices in Collegio Noſtro Varſavienſi confectum legimus nihilq; in eo Chriſtianæ doctrinæ ac bonis moribus contrarium obſervavimus, imò omnibus Eloquentiæ Studioſis apprimè utilem & neceſſarium cenſem9 Datum Varſaviæ ad Ædes SS. Primi & Feliciani MM. Die 15. Julii 1746.

Laurentius à S. Roſalia Sch: Piar: Sræ Thlæ Specul: nec non SSrũ Canonum Ordinarius Profeſſor. mp.

Caſimirus â S. Andrea Schol. Piarum Sacræ Theologiæ Specul; Profeſſor. mp.

JMPRIMATUR.

ANtonius Grzegorzewſki U. J. D. Jn Eccleſia Cathedrali Poſnanienſi Archidiaconus, Vicarius in Spiritualibus & Officialis Varſavienſis, ac per Ducatum Maſoviæ Generalis, Abbas Plocenſis Coadjutor.

mpp.

A A A.

ABBAS. *Syn*: Prælatus Cænobiarcha: *Adj*: Venerandus, religiosus, Dignitate Magnus: *Phr*: Asceterii Moderator, Moderationis, Sapientiæ, perfectionis religiosæ exemplar suis prorsus numeris absolutũ.

Abstinentia. *Syn*: Continentia mediocritas, moderatio, modus, Sobrietas, frugalitas: *adj*: Longa, immoderata, admirabilis, sũma incredibilis epulis inimica, grata Deo, amica naturæ: *Phr*: Modicus cibus, parcus victus, Socia vitæ temperatæ, paucis contenta, firmissimum salutis præsidium, Divitem docet modestiam, pauperem parsimoniam, virum continentiam.

Abstinens. *Syn*: Temperans, moderatus, minimo contentus *Phr*: Homo frugi & in omnibus vitæ partibus moderatus ac temperans;

qui vivendi regulam & modũ Sanctè ubiq; tenet, qui effrenem cibi potûsq; appetentiam coercet; cui frugalis mensa eruditissimorum hominum colloquiis atq; ingenii oblectamentis magis quàm gulæ illecebris instructior.

Academia Syn: Athenæum, Lycæum, Gymnasium. Collegium, Schola, Universitas *Adj*: Antiqua, florens. popularis, bene constituta, *Phr*: liberalissimis Studiis effluens Doctorum Virorum celebritate referta, eruditionis Seminarium, bonárum artium Officina; in qua omnium mercium ingenuarum, rerum omnium ac scientiarum publicus ac toto orbe celeberrimus mercatus est; quemadmodum ex Oceano flumina, ex cerebro nervi. è radice rami, è Sole radii, ex corde arteriæ, ex animo functiones, ex equo Troiano fortes ita hinc prodire spectamus Sapientes.

Accusare Syn: deferre, incusare;*adverb*: acrius, acerbe liberius, improbè, publicè, falso, severè, moderatè, criminosè, suspitiosè *Phr*: Aliquem in jus trahere, adversus aliquem accusationem instituere; de aliquo queri, reo accusationem movere; in Judicium vocatus est, subiit Judicium; ejus rei culpa in illum confertur; vacuum à culpa persequeris, innoxium exagitas.

Admirari. Syn: Suspicere, stupere, hærere *adverb*: Communiter rectè, vehementer, satis admodum *Phr*: Tantam virtutem admiror, ac su-

fuſpicio, tantæ virtutis me admiratio inceſ. ſit; hoc non poſſum non ſatis mirari.

Admonere. Syn: Reprehendere, obiurgare. præmonere. *adverb:* Amice, familiariter, placide, etiam atq; etiam, ſecreto, non aſpere *Phr:* Ab inveterato errore revocare; admonitio acerbitate carens, quod tibi non in aurē ſed aperte dico; neq; ut ſpero ſiniſtre illud accipies, quod dextre in rem tuam porrigitur. *Sent:* Malos qui monet offendit. incurrit odiū qui arguit curioſos *S. Chryſolog:* Amor in te meus cogit, non ut præcipiam (neq; enim Præceptore eges) admoneam tamen ut quæ ſcis obſerves, aut ſcias melius *Plin:* Scio te ſtimulis non egere me tamen tui charitas evocat, ut currentē quoq; inſtigē *Idem.* Nos fortaſſe operā ludimus qui implacabilem ferā monere aggredimur. *Iſidorus* Pelus: *Similit.* Solent qui mare enavigant illis habere gratiam, & referre quorum beneficio pericula evaſêre.

Adoleſcens vel Juvenis, Ephæbus: *adj:* bonus & ſtrenuus gratiſſimus, optimus lectiſſimus bonis artibus ornatus. nobili loco natus perditus, diſſolutus bona indole præditus, amenus ingenio. gratus eloquio *Phr:* Cujus ætas intra Juventutis annos verſatur, flore ætatis fruitur magnæ ſpei adoleſcens, Combibe bonos mores cum tener es. Natura finxit eum ad omnes virtutes magnum; tenerâ ſpecie

ſed ſenili Prudentiâ. Senilis Juventa præmaturæ mortis ſignum. Ingenia illuſtriora breviora. Laudare eum pluribus, eſt ſylvis addere ligna, Mari aquam, ſoli lucernam. Jam inde à prima adoleſcentia explicare ſe cæperat ingenii lux & aptam ad diſcendum præferre mentem. Ætate adoleſcens meritis ſenex. Adultam virtutem nunquam promiſit ſed ſemper dedit. Cujus anni nunquam teneri, cujus virtus ſemper matura; Annorum defectum meritorum copiâ compenſavit. Moras annorum urgebat celeritas bonæ indolis. Ut moriens dies prius editis montibus ſe inſinuat ſerius in valles deſcendit, ſic excelſæ Heroum animæ jam lucem tenent, cum aliæ ſuis adhuc tenebris involvuntur.

Adoleſcens diſſolutus; quem intra rectæ rationis gyrum, nec virtutis amor, nec Paternæ cohortationes, nec præceptorum monita, nec educationis ſeverioris diſciplina ſatis continet. Pravorum incitamentis liberioris vitæ curſum iniit. Jndulgendum putant genio, & fruendum bonis, dum iis vitæ benigni arrident ſoles & rerum omnium copia dulci lenocinio ſinum aperit molliſſimæ voluptati *Sententi.* Indigne tranſacta Adoleſcentia odioſam efficit ſenectutē *Caſſiod.* Pudor in animo & in vultu rubor gemmæ pulcherrimæ ſunt in Juventute. *Lipſ.* *Similit:* Ut Cœlo tranquillo & mari placido, nautæ quæ contra

tra tempeſtatem ſunt expediunt, ſic in ætate florida nondum tot curis ac fluctibus expoſita jure præpares, quæ ſint illis mitigandis aut tollendis. Sicut fructus non invenitur in arbore in qua flos prius non apparuerit, ſic in ſenectute honorem legitimum conſequi non poterit qui in adoleſcentia diſciplinæ alicujus exercitatione non laborarit. Quem tu nunc fontem vides tenui aquarum filo per currentem, placidum & lenem non ita multo poſt major & aquarũ moles agens, impetu vehementiore concitatus, neq; objectis aggeribus retardari, neq; prætenſis ripis contineri poterit.

Adorare. Religione ſumma colere, Sancte atq; auguſte venerari, ſumma veneratione proſequi.

Adulari, Vel aſſentiri, blandiri, *Phr*: aſſentationibus alicujus gratiam colligere, aucupari, venari, captare. Noli putare me velle auribus tuis inſervire. Tibi velim perſvadeas, amici me non aſſentatoris partes agere. *Sent*: Plus nocet lingva adulatoris, quam gladius perſecutoris *S. Hieron*: Adulantium obſequia in verbis hærent. *S. Chryſ*: Habet aſſentatio jucunda principia, eadẽ exitus amariſſimos affert. *Idem*.

Adulator Syn: Aſſentator, palpo, palpator. *adj*: mendax, verſatus, ſubdolus, garrulus, doloſus, fallax *Phr*: Quaſi mus ſemper edens a-

li-

lienum panem; Eruditus ad assentationem. Adulator laudabit præsentē, damnabit absentem, de propinquo mella, de longinquo venena jaculatur eo nocentiora quo minus sentiuntur. Diogenes dicebat: Malo incidere in Koracas id est corvos (qui vivis oculos effodiunt) quam in Kolacas id est Adulatores. Adulator Anagrammatice dicitur laudator; corvus non sibi sed vulpi cecinit. Quem in os magnum tulisti laudatorem; sævum, ubi retuleris pedem patieris Judicem. *Sen*: Malum hominem blande loquentem agnosce tuum laqueum esse *Salvianus*. *Simil*: Mala pictura fractis vestibus rugis & angulis rem repræsentat. Adulator sudoribus clamoribus amicum imitatur, nihil exhibens sincerum: *Item de Simia* quæ cum nec domum possit servare ut canes; nec onera ferre ut equi; nec arare ut boves; risum movet; ita adulator cum in seriis usui nesciat esse, voluptatum Minister est. Ut præterfluens aqua nullo certo colore est, sed semper refert colorem subjecti soli, ita adulator pro re nata se adaptat. *Item de Heliotropio* semper solem spectante ad cujus occasū folia contrahit.

Advocatus vel Patronus vel actor causarum. *Phra*: In prætorio assiduus, in agendis causis perpetuus; omnium generum causarum & locorum Orator; mens Curiæ, vox Fori, lingva judiciorum; miserorum calamitosorumq; Patro-

tronus; Causam illam egit apud Prætorem. Causæ illius suscepit patrocinium.

Ædes. Synon: ædificium, tectum, structura, Fabrica, domus, *adject*: amænissima, nobilissima, profana, sacra, intima, arcendis temporum injuriis oportuna, situ & pulvere sordida, aspectu pulcherrima, ad insignem magnificentiam exstructa, amplitudine augusta, humilis, abjecta, solis araneis habitanda *Phr*: in qua omnia sumptuosa ac admiranda sunt, eæ sunt illius ædes in quibus neque lautitiam, neq́, elegantiam desideres. Domus ad amænitatem voluptatemq́; constructa. Erecti sublimè perietes, intus atria, peristylia, gradationes, conclavia, Thalami, Anthitalami. Foris; apercturæ, lumina jugumenta præcinctiones, altitudo ad perpendiculum, angulus ad normã, longitudo ad regulam lineamq́; respondet, splendidâ ædium mole, ductisq́; in Cœlum turribus includi.

Ædificare. Ædificia exstruere, condere, erigere, excitare, moliri, fabricare. *Contraria* demoliri ædificium, Domum diruere, disturbare, destruere, evertere.

Æger. Syn: Infirmus, morbidus, invalidus, ægrotus. *adverb*: Graviter, periculosè, vehementer, diu. *Phr*: Infirma valetudine, vel perquam incommoda, parum prospera, edversa, infausta, imbecilla. Valetudine satis affectä, *vel* ad morbos propensa utitur. *vel* ægra

va

valetudine oppressus decumbit; gravi vehemẽtiq́, morbo affligatur; *vel* male habet. Convalescit ex morbo: vires recuperavit, saluti redditꝰ est; pristinæ restitutꝰ valetudini. *Sen:* Quosdam præsciens Deus multa peccare posse, flagellat eos infirmitate corporis, ne peccent, ut eis utilius sit frangi laboribus ad salutem, quam remanere incolumes ad damnationem. *Hugo.* In omni morbo tria gravia sunt: metus mortis; dolor corporis; intermissio voluptatis *Seneca.* Addenda his gravissima, quæ a Christianis post mortem futura creduntur. Ægrotanti non succensere sed opem afferre oportet. *S, Chrysost: Simil:* qui corpus ægre affectum ad balnea, ac voluptates trahit, quasi putrem, ac laceram navem deducit in mare. *Plutar:* Ut putri & ruinam minanti ædificio non adhibentur fulturæ, sed circumspiciendum ut exeas, ita defecto corpore demigrandum est e vita.

Æmulari vel Sectari *Phra:* Heroum veteres casus imitari. Honoribus majorum respondere non potuit. Formare se in mores & exempla aliorum. Ejus dicendi laudem summo studio æmulatur.

Æmulatio vel virtutis Imitatio *Adj:* mutua, perpetua, vitiosa, ardens atq́; efficax. Animis insita atq́; ingeniis hominum. *Phra:* Ardens exæquandi solicitudo, laudis & gloriæ stimulis ad audendum excitatur, æmulus atq́;

im-

imitator ſtudiorum ac laborum, Sapiens cum ſapiente certat: juſtus æmulatur juſtū. Fortis cum forti de virtutibus earumq; præſtantia contendit. Æmulatio naſcitur per conjunctionem, alitur æqualitate exardeſcit invidia. *Plin:*

Aer vel aura; æther: *adj*: adverſus, clariſſimus temperatus, pluvius. nubilus, procelloſus, roſcidus, tenuis, purus. *Phr*: Grata äeris, temperies, aerem ſpiritu ducimus, ſudus aer, & nebulis non infeſtus, aer ſolis calore temperatus.

Æſtas Adj: ſumma, torrida, ſicca, adulta pulverulenta *Phr:* anni pars ferventior, affectâ jam prope æſtate; Uvas a ſole miteſcere tempus eſt.

Æſtimare vel judicare,cenſere *Phr:* non in poſtremis habere, non in minimis ducere; Alicujus Perſonæ rationem habere, guſtus rerum æſtimator; Virtuti parum defertur, vide quanti apud me ſis, quo numero es; quo te loco habet. Quis niſi Gemmarius pretium dicet unionis, errorem picturæ, quis melius peritiſſimo Artifice dignoſcet, nec operum pretium aliquis taxabit melius quam qui optimus.

Ætas Syn: ævum, ſæculum, ævi ſpatium, *adj*: brevior,feſſa, extrema, media, quieta,provecta, acta vel exacta, annis feſſa, ſuperior,ingraveſcens, longiſſima, matura, præceps, pro-

pera

pera *Phra*: Progreſſu ætatis, noſtra ætate, id ætatis ſumus. Impenſa labori ætas. Decurſa jam prope-modum ætas; extremæ ſenectutis onus ſuſtinens. Deſidioſe ætatem agere. *Sent:* Quam diu ſim, alienū eſt; quàm diu vir bonus ſim meum eſt. *Seneca.* Illorum breviſſima, ac ſoliciti ſſima ætas eſt, qui præteritorum obliviſcuntur, præſentia negligunt, de futuro timent. *Idem. Simil.* Sicut vina & poma ſubacerba vetuſtate miteſcunt, & dulceſcunt, ſic ætatis inſolentia longo rerum uſu mitigatur. Ut ciconias nemo advenire ſentit, ſed adveniſſe; nemo diſcedere ſed diſceſſiſſe, quod noctu clanculum faciunt utrumq́; ita Juventutē non ſentimus advenire ſed adveniſſe *Plinius.*

Æternitas vel immortalitas, perpetuitas. *adj:* Immutabilis nunquam deſinens, finiri neſcia. *Phr:* Immenſæ atq́; interminatæ vitæ, tota ſimul & perfecta poſſeſſio. Ab infinita ſæculorum multitudine, ad memoriam æternitatis.

Affabilis Syn: Comis, blandus, benignꝰ, ſvavis, facilis, humanus. *Phr:* Urbanus & officioſus in omnes. Qui clara fronte & rejecto ſupercilio ſe omnibus paſſim exhibet, cujus humanitas omnibus cognita, & facilitas explorata; in quo eſt manſvetudo cum animi demiſſione conjuncta, quod eum neq́; ferocem præſtantiſſimi ingenii magnitudo, neq́; ſuperbum clariſſimi generis nobilitas, neq́; arrogantem vulgata maximæ fama doctrinæ fecerat.

rat. Dicta tua te doctissimum testantur, facta humanissimum. Obesse nemini, benefacere omnibus, liberalem e suo, parcum ex alieno esse; nullius unquam quidquam existimationi derogare, silentio damnanda premere, vulgare laudanda etiam in hoste. Moribus tuis adsit affabilitas, verbis urbanitas *Simil:* Qui equos domant primum blandiuntur, ac mollissime tractant ut assvescant fræno; sic populus lenitate subigendus.

Affirmare: Syn: asserere, asseverare, astruere, annuere, comprobare. *adv:* Facile, temere, nimis, verè, religiosè, fortissimè, pro comperto affirmare, liberè asseverare.

Afflictio. Syn: ærumna, adversitas, calamitas, mæror, luctus, labor, infelicitas. *adj:* Interna maxima, præsens, aliena, communis, diuturna, *Phr:* Angoribus & molestijs implicatus, mærore fractus, confectus, obrutus calamitate, vexatus. Vivit vitam calamitosam. Opinione omnium majorem accepi dolorem, Infausto adversoq; sydere natus, quem dolores lacerant, quem omnibus fortuna machinis omni telorum genere oppugnat. Hæc res non minus me male habet, quam te; tuam vicem doleo.

Ager vel Arvum. *adj:* Pascuus, fructuosus, fertilis, humus subacta, ager cultissimus, effætus, vectigalis, quotannis obseri solitus, ferax uberrimus, pingvis. *Phr:* ad frugem optimus,

&

& ad omnem commoditatem opportunus, bona fide & summo cum fænore depositum reddens.

Agricola. Syn: Ruricola, colonus, Villicus, agrestis, agricultor, arator. *adj*: Diligentissimus, assiduus, impiger, pervigil, negotiosus. *Phr*: Agricolendi peritissimus, agrorum cultor, agriculturæ operarius, agricolæ vita laborum patiens, *de his Virgil*:

O Fortunatos nimium; sua si bona norunt
Agricolas, quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilem victum justissima tellus.

Agonia Extremum certamen exhalantis animam, versatur in extrema vitæ lucta, in ultimum vitæ discrimen adductus est; cum morte luctatur.

Allicere vel invitare, inducere, extrahere. *Phr*: Blandis colloquiis devincit; in partem suam solicitat. Trahimur omnes laudis studio.

Amare. adv: summè, vehementer, maximè etiam atq; etiam, mirè, mirificè, apprimè, oppido, admodum effusissime, perdite *Phr*: Diligere aliquem majorem in modum, benevolentia complecti, alicujus amore capi, habere in delitiis.

Ambitio. Syn: Ambitus, vanitas, fastus, superbia, ostentatio. *adj*: perniciosa, solicita, scelerata, ventosa, cæca *Phr*: inanis gloriæ studium; ardens gloriæ sitis; pestis in amici-

tiis

tiis pestilentissima morum corruptrix. *Simil:* Pavo non explicat pennas nisi laudatus, ita quidam putant se non habere quod habent nisi sint qui mirentur. Ut venti desituri vehementissime spirare solent, ita mortales cum maxime efferunt se se tum proximi exitio solent esse.

Ambulare vel pedibus peragrare *Phr:* ambulationem conficere; deambulando liberiorem auram captare; ambulatione animum relaxare.

Amicitia. Syn: Familiaritas, necessitudo, Amor, fædus. *Adj:* summa, officiosa, jucundissima, pervetus, gratiosa, inveterata, conjunctior, firma, perpetua. Amicitiæ permultæ, æquabiles, communes, nimiæ, svavissimæ, veteres, vulgares, utiles, non intermorituræ, indissolubiles, arctissimæ. *Phr:* Indelibatæ amicitiæ pignus; Vinculum necessitudinis; sibi aliquem amicitia devincire, ejus in me nō pauca & svavissimi studii plena extant officia. Tanta est nos inter amicitia, quanta potest esse maxima; amicitiam alicui demonstrare. Dissociat amicitias dissimilitudo morum *Cicero.* Cum mihi illo vetus necessitudo intercedit, cum eo cònjunctissime vivo. Amor tui in me nunquam obsolescit; Idem erit & vivendi & amandi te terminus. Vivum me non videbit, qui videbit tui non amantem. Nulla invenies in me pictæ tectoria lingvæ

Tibi

Tibi etiam atq; etiam persvadeas velim, nihil esse uno me tui amantius, nihil tibi devotius. *Simil*: Hirundo æstate advolat, instante hyeme avolat, ita infidus amicus rebus lætis præsto est, commutata fortuna deserit amicum. Sicut agricola in locum amissæ arboris aliam subserit, sic nos in amicis oportet. Sicut malum cibum nec retinere possis circa noxam, nec eijcere sine molestia, ita malum amicum teneas lædit, nec tamen absq; inimicitia & tumultu veluti bilem potes eiicere.

Amænus locus Phr: ad captandam lenioris aurae usuram, campus se obiicit longe lateq; patulus, quantum oculorum acie possis attingere. Locus irriguus ubertate fontiũ in quo ad exercitandũ voluptatis sensum nihil illecebrosius fingi posse videtur.

Amor Syn: benevolentia, gratia, studium, pietás voluntas, *adj*: honestus, gratus, & optatus, jucundus, pristinus, religiosus incredibilis, insitus, mirificus, perpetuus, præcipuus, solicitus, summus, insanus, cæcus, tener, socialis, fallax, longe maximus. *Phr*: magnitudo & vis amoris. Arctissimum amoris vinculum utinam intimos pectoris mei sinus, ac recessus posses oculis intueri. Utinam perspiceres omnes occultissimos meæ voluntatis motus; Impii amoris flamma. Amor ubi est, labor non est. *S. Bernardus.*

Animus Syn: Mens, Spiritus, ratio, *Adj*: alie

lienus, præditus virtute, inclytus, gaudens & libens; magnus & excelſus, demiſſus, attẽ-tiſſimus, conſtans præſtans, æquus, paratus, fortis, gloriæ cupidus, anxius, imbecillus, remiſſus, propenſus ad vitia. *Phr:* Erat illi intentus ad honeſtatem animus, vitæ noſtræ Dux & rector; quantum cedit lutum gemmæ homini pecus, mancipium Domino, mortale ſemper victuro tantum corpori animus antecellit. *Simil:* Flamma nec premi poteſt, nec quieſcere, ſic animus nativo impetu fertur ad honeſta. Ut ſapiens gubernator in tranquillitate, tempeſtatem expectat, ita rebus tranquillis ad dolorem aliquem præparandus eſt animus. Ut fons ipſe turbidus ſit, quidquid inde fluxit non poteſt eſſe purum; ſic animus ſi ſit infectus malis affectibus omnia vitiat quæ accedunt; contra ſi purus. *Differentia.* inter animam & animum; anima eſt vitæ, animus Conſilij.

Annus adj: abſolutus, totus, fatalis, funeſtiſſimus, memorabilis, ſuperior, integer, ſalutaris, poſtremus, proximus, uberrimus, recurrens. *Phr:* Frugibus locuples, annui temporis tractus, quotannis quoto quoq; anno unius anni impendium, totius anni curriculum.

Annus novus vel anni exordium, vel novi anni auſpicium, cum annus ſe aperit vel volvi incipit. *ad Gratulationes novi anni,* Tibi fe-

lix

lix anni auſpicium ex animo precor. Vive hunc annum ſanus & incolumis non ineuntē hunc ſolum verum centenis ampliores terq; quaterq́, Beatos. Precor hujus anni ingreſſum fauſtum, medium felix, exitum proſperum. Novum eloquentiæ campum aperit renaſcentis anni exordium & veterem tacendi conſvetudinem immutat in omina. Votis aſpirant fata ſecundis, dum poſt occaſum jam pluriū, non ſteriles boni ominis oriuntur Calendæ. Abbreviatū Verbum metas longioris ævi proroget, communis gloriæ vitæq; terminos trāsgreſſuro.

Antiquitas vel vetuſtas, incorrupta, priſca, *Phr*: rerum antiquorum monumenta, moribus antiquis decora. Maxima eſt vis vetuſtatis & conſvetudinis *Cicero* Veterrima quæque & ea vina quæ vetuſtatem ferunt eſſe debent ſvaviſſimá. *Idem.*

Aqua Syn: Unda, latex. flumen, fons torrens. *adj*: pluvia, gelida, intercus, alumna turbida, præfluens, perrenis, pura, tumida, tranſcurrens, placida, potui inſvavis, tenuiſſima.

Arbor Syn: arbutum, virgultum, arbuſcula: *adj*: defecta ſenio, peregrina, flexilis, frondoſa, opaca, ferax, tenera, procera, ſterilis, ſata, culta, inſita, *Phr*: novella patulis. diffuſa ramis, Diffuſiores producens ramos; decorticare arborem fructibus, induta arbor, decerpere fructum ex arbore. *Arma*

Arma vel Ferrum *adj*: arma aliena, aptiſſima, avita, firma, juſta, pernitioſa, ſalutaria, victricia, fulgida, truculenta, inviſa, infeſta, inimica, gravia. *Phr*: Quæ exultantem impiorum malitiam comprimunt, compeſcunt audaciam, frænant inſolentiam, contumaciam perfringunt; arma capere, armis decertare, decernere, rem gerere, arma obiicere, ab armis diſcedere, incertus eſt præliorum exitus anceps fortuna belli, non arma viris ſed armis viri robur vimq́; reddunt. *Mileſius*.

Ars Syn: artificium, ratio faciendi, facultas, ſtudium, diſciplina, exercitatio, perceptio. *adj* abſoluta, perfecta, facillima, obſcura, difficilis, plena delectationis, divina, excellens, glorioſa, ſolers. potiſſima, fructuoſa, recondita, non mediocris, diverſa, eximia, exquiſita, ingenua, popularis; operoſa. *Prb*: ratio recta operum faciendorum, ſuis ornamentis exculta, ſuis inſtructa præſidiis, multa bona duce arte adepti ſumus, artes muniunt ac ſternunt rectam ad gloriam viam. Raro ingenerantur mores nobiles a ſtirpe ſangvinis, ſed ab ijs quæ vitæ conſvetudine per artem ſuppeditantur. Stirps natura Sylveſtris ferarum umbris deſervit; dum perita manus meliorem ſurculum inſerit, ſpondet fructus communi bono uberrimos. *Sen*: Artes nō ornamenta ſolum Reipublicæ ſunt, ſed etiam auxilia & fulcra *Lipſ*: Omnis ars moleſtiam

habet cum indocto. *Anonym.* Non facile de artibus judicat qui artes ignorat. *S. Cypr:* Ars est bonum fieri. *Senec: Simil:* Arbor suapte natura non nisi unicum fructum gignit, insitione eadem diversi generis fructibus oneratur, ita qui naturam suam sequitur semper idem est qui arte ducitur redditur ad plura aptus. Ut ingentia pondera quæ nullis hominum viribus attolli possunt machinis levantur, ita quod vi nequis efficere ratione & arte facile efficies.

Assentiri Syn: Convenire, probare, cum aliquo sentire applaudere. *adv:* Temerè, aperte, arroganter, facilè, falsò, frequenter, libenter. *Phr:* In sententiam alicujus ire. Ab alicuius sententia discedere. Calculum albũ, ferre.

Attendere Syn: Inspicere, animadvertere, circumspicere. *Phr:* Studium adhibe, defige animum, utere consilio, attendite animos ad alia. Præbebo me tibi vicissim attentum; Dare aurium operam.

Avaritia. Syn: Aviditas, cupiditas, tenacitas *adj:* Ardens, cæca, fæda, inexplebilis. nimia, penitus insita. *Phr:* Immoderata bonorũ vel opum cupiditas, ad congregandas opes accẽsus animus, inexplebilis accumulandarum opum aviditas. Cui ingenitum est hoc venenúm, ut sit inexplebilis, neq; ulla rerum copia magis quam Belidum urnæ saturetur.

Sent:

Sent: Sola in homine junevescit avaritia, cũ cætera vitia senescente homine senescant. *S. Hieron*: Avaritia parentes negat, Germanos dividit, separat socios, amicitiam solvit, excludit affectum *S*: *Chrysol*: *Simil*: In argento vivo omnia natant excepto auro nam hoc unum ad se trahit, ita nihil incidit animo avari præter lucrum; Monstro similis est avaritia, quid enim stultius est quam quod dici solet: via deficiente viaticum augere *Senec*: Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Audacia Syn: Confidentia, impudentia, temeritas. *Adj*: Aperta, perspicua, callida, immanis, incredibilis, nimia, obfirmata, insolens, incauta, præceps *Phr*: Temerarium, plenum sceleris & audaciæ, facinus; alta quædam animi magnitudo, audaciam improborũ frangere, reprimere, coercere, domare: *Sent*: Nihil est tam Sanctum quod non aliquando violet audaciam. *Cic*: Successus audaciam alebat. *Egesippus*

Audax Phr: Suæ virtuti nimium tribuens, nemo unquam illo audacior, nimio plus audax proiectus ad audendum; quousq; tua se se affrænata jactabit audacia. Quousq; Tua nos eludet temeritas. Audaces sunt qui periculis non terrentur, qui discrimini objciunt caput, qui nec vulnera nec mortem exhorrẽt. Quos nullus timor devincit, nullus adversæ fortunæ casus remoratur, qui cæsi non rece-

dunt loco; deserti non respiciunt fugam; prostrati non concidunt animo.

Audire adv: Admodum, assiduè, amicè, perattentér, benignè, commodè, studiosè, liberius, meritò nunc primum *Phr*: aures monitis advertere, aures arrigere, facili aure annuere, callent aures nostræ illis criminibus; claudere aures veritati; aliquid studiose auscultare, auribus captare, his aures tuæ vocibus circumsonant; ejus dicta excipite, ea de re præter auditum nihil habere; auris bona est, quæ libenter audit utilia, prudenter discernit audita, obedienter operatur intellecta *S. Bernard*: *Simil*: Ut frustra claudunt portas Civitatis si una relinquatur aperta, itá non satis est in cæteris temperatum esse si auditus pateat perniciosis sermonibus. Non oportet hoc animo, ad audiendum accedere, quo ad spectaculum; puta ut tantum delectemur, sed ut meliores efficiamur.

Aula Syn: Regia, Curia, Palatium *adj*: Fallax, prædives, augusta, splendida, ad omnem ornatum composita *Phr*: libertas minime libera. Servitus speciosa, hospitale spei, nutrix odii. Invidiæ diversorium; aula Sancta, rarũ miraculum. Infelix est qui tum prandet ac cænat cum Alexandro videtur. *Diog*: *Simil*: Quemadmodum luna quo propior est soli hoc minus habet luminis, ita plus fructus & dignitatis est illis qui procul absunt a magnis Prin-

ci-

cipibus. Mare qui intrat & navigat fluctus expectat ; qui aulam motus. *Lipſ:*

Aures adj: Æquiſſimæ, apertæ, integræ, avidæ, & capaces, inhumanæ, non obtuſæ criminatione; attonitæ, ſermonibus verberatæ *Phr:* Tinniunt mihi aures; cum rumor ille ad aures meas perveniſſet; auribus faſtidium parit ſermonibus, illis aures meæ circumſonant. In vel ad aurem illi inſuſurrabo Habet aures acutiores.

Aurum adj: præclarum, cælatum, veſtibus intextum, excoctum, impolitum, informe, ductile, in folia ductum, in laminas tenuatum; aurum miſericòrdiam judicibus infundit, diligentiam Advocatis & induſtriam acuit. Pedibus Nunciorum alas addit. Aurum perſequuntur ſagacitate mercatores, auro laborant opifices, famulantur ſervi, Milites arma ferunt; ſub uno igne aurum rutilat palea fumat.

Author Syn: Svaſor, impulſor, hortator, machinator, monitor, Conſiliarius. *adj*: Amiciſſimus, domeſticus, gravis, præclarus, idoneꝯ, luculentus, ſummus *Phr*: ſceleris architectꝯ, harum turbarũ ſtimulator vel concitator vel incentor. Illud a Tuo capite manavit conſilium me authore.

Authoritas Syn: pondus, momentum, teſtimonium, exiſtimatio, vis, fides, *adj*: Imminuta, ſumma, cenſoria, permagna, honeſta,

con-

consularis, Divina, inaudita, excellens, publica, adulta. *Phr*: Vir authoritate gravis, homo spectatissimus, authoritate, valere, florere, pollere; multum Tibi authoritatis tribuis vel usurpas.

Auxiliari Syn: Sublevare aliquem, alicui opitulari, adesse, subvenire, succurrere. *Phr*: Opem ferre, auxilium præbere, præstò esse; ferre suppetias, commodare operam, auxiliū in perniciem convertere, spem ejus abjectam erexit, desiderium pæne extinctum inflammavit; laboranti subvenit. Id si non vides non jam uno oculo lippus sed utroq; cæcus es. Ad opem alicujus confugere. Alicujus fidem implorare, adire aliquem ad petendam opem. *Sent*: Amicis ita prodesse debemus ut nobis non noceamus. *Cassiodorus*. Nihil sic probat amicum quam onera amici portare. *S. August*: Cadit asina & est qui sublevet eam, cadit anima & nemo est qui reputet. *S. Bernardus*. Alteri vivas oportet si tibi vis vivere *Seneca*. Nemo tribulato libentius succurrit quam qui tribulationum casus expertus est. *S. Augustinus* Quamdiu vento navigas secundo manum naufrago præbe; quamdiu recte vales & dives es afflicto succurre *S. Gregorius Nazianzenus*. *Simil*: In tempestate qui confugiunt sub arborem; serenitate facta ramos illius vellunt fugientes; sic in rebus afflictis utimur præsidio quorumdam quos eosdem per invidiam affligimus in rebus prosperis.

B. B. B.

BACCHANALIA *Phr*: Genialium epularum feriæ, dies illi quibus bacchatur effrænata hominũ impunitaq; licentia; ubi mundus totus sepositis tantisper serijs ad joca, & sales, ad ludos & spectacula, ad epulas & convivia effunditur. Geniales agere ferias.

Balneum adj: Amænum salubre optatum *Phr*: Frequentissimus balneorũ usus creberrima lavandi consvetudo.

Belli Dux vel Jmperator Polemarchus *Adj*: Egregius, strenuus, Illustris, *Phr*: Belli gerendi peritissimus, in armis versatissimus, sæculis omnibus admirandus, summo cum Imperio exercitui præpositus, qui & ipse tela tractare, procedere ante signa, versari media in mole pugnæ didicit, Militaris disciplinæ admodum peritus qui ad laudem bellicæ doctrinæ ingenii gloriam adjecit. Ærumnosam ætatem aspero vitæ cultu duriter exigere sub armis; de corpore de capite quotidie dimicare. Et prælio strenuus & bonus Consilio; Impiger manu, exercitus militia. Qui Princeps in periculo, Princeps in labore fuit. Sit

in armis Jmperator ducat exercitus, copias explicet sit fulmen in acie, frænet populos, nutu regat, flectat Jmperio. Tam alijs erat incredibile tantam belli sustinere molem quam tibi facile tantam delere ruinam.

Bellum Syn: Tempus belli, certamen arma expeditio res militaris. *adj*: Acerbum, diuturnum, calamitosum, intestinum, dubium, periculosum, gravissimum, exitiosum, justū, calamitosum, Civibus grave & vehemens, maritimum, difficillimum. *Phr*: actum ac pæne confectum, ratio & usus belli, apparatus belli. Summa bellorum difficultas, sævit toto Mars impius orbe; tentare fortunam belli, proficisci ad bellum, bellum subito exarsit, bellum ancipiti Marte gestum, bellum conficere, extingvere, tollere. Cum ira belli deferbuisset æquo & aperto Marte cum aliquo certare. Misero fataliq; bello perfungi. Belli reliquias auferre. Bello finem imponere. Ab armis discedere, pulsa religio, neglecta jura, infidæ euntibus viæ. Domus viciq; passim rapinis, furore, incendio afflicti. Excutiet veternum, ac torporem omnem apparatus hic ipse rerum. *Sent*: Donabit certanti victoriam qui certandi dedit audaciam *S. Augustinus*. Nō quæritur pax ut bellum exerceatur sed, bellū geritur ut pax acquiratur. *Idem*. Armorum exitus semper incerti & timendi. *Cic*: Sine Militia nulla Respublica aut status floruit nul-

la

la perennavit. *Lipſ*: Sapientes pacis cauſa bellum gerunt. *Saluſtius*. Incipere cuivis etiam ignavo licet, deponere, cum victores velint. *Idem*. *Sim*: Quemadmodum certantibus ventis mare concutitur, ſic Regibus ſibi adverſantibus populus Regni vexatur. *S. Auguſt*: Ut gravius ægrotant illi qui cum levati morbo videntur, in eum de integro inciderunt, ſic vehementius nos laboramus qui profligato Bello ac pæne ſublato renovatum bellum gerere conamur. *Cic*:

Beneficium Syn: Promeritum, officium, munus, beneficentia, benevolentia, liberalitas. *adj*: Ampliſſimum, immortale, excellens, inſigne, præclarum, mutuum, gratum. *Phr*: Aliquem beneficiis ornare, obſtringere, complecti, ſibi demereri, devincire. De aliquo bene mereri, nullis a me ſtudiis laceſſitus, multis me officiis cumulavit, illud inter maxima beneficia referam quantum in me fuit cõplexus illum ſum, meam in illum benevolentiam & voluntatem quandoq; res tulit, declaravi dare beneficium non inſtar pilæ ut redeat ſed ita dare alteri ut non des Tibi, dare ut liberale munus non ut avarum fænus. *Sent*: Beneficium male collatum in ſentes & tribulos effloreſcit. *Anon*: Dij rapide pereuntium beneficiorum ultores, *Quintilianus*. Satis dedit impotens ſi dedit votum, nimis ſi conatum. *Nierembergius*. Beneficia capit plura qui

ſcit

ſcit reddere. *Idem*. *Simil*: Ut fluvius in multos diductus rivos fluit tenuis ac langvidus, ſic benevolentia in multos diſtracta langveſcit & evaneſcit. Ficus non floret cum habeat fructus dulciſſimos, ita quidam benefaciunt nihil pollicitantes.

Blandiri vel adulari, lenocinari. *Phr*. hilari vultus ſermonisq; ſignificatione propenſam erga aliquem teſtificari voluntatem, vultu & verbis excipere, blandioribus alloquijs proſequi, præter comitatem magnopere opus eſt blanditia, quæ etiamſi vitioſa eſt ac turpis in cætera vita, tamen in petitione candidato eſt neceſſaria. *Cic*: Ne blanditiæ longiores corrũpant veritatem *Symmahus*.

Bonus vel. Integer, juſtus. *Phr*: Expers doli, antiquæ probitatis homo. Vir bonus & ſapiens & legibus parens & Civilis officii non ignarus. Bonis artibus gratus in vulgus. *Sent*: Ut quisq; eſt vir optimus ita difficillime eſſe alios improbos ſuſpicatur *Cicero* Non eſt bonitas peſſimis eſſe meliorem. *Seneca*. Satis eſt ad magnitudinem titulus bonitatis. *Nieremb*: *Simil*: Ut radii ſolis in ſordes, & caligantia loca conjecti non inquinantur ſed illuſtrant; Sic boni inter feros ſqualentesq; animos reſplendent. Ut ſcarabei & vultures offenduntur ungventis, & Scytha juravit ſe malle equum hinnientem audire quam Cytharædum canentem ita non omnibus placent optima.

C.C.C.

C. C. C.

CAdaver *Adj*: Incruentum, informe, abjectum, exsangve, pallidum. *Phr*: vulturibus opimum pabulum inhumatũ Cadaver. Tacet os persvasionis domicilium, friget lingva sedes leporis, silet vox musarum sonus, abstulit una dies ævi decus.

Cadere Syn: Prolabi, decidere, corruere, præcipitare. *adv:* altè, decorè, fortitèr, fortuitò, privatim, secus, teterrime. *Phr*: Pronũ collabi, in faciem concidere, ruere in præceps fluvius e sublimi rupe præcipitans, præcipitantem a lapsu contine. Domus hæc prona in ruinam est. *Sent*: A minimis incipiunt qui in maxima proruunt. *S. Chrysost*: Peccantis fuit corruere, sed miserentis DEI est eruere. *Anon*: Multi ceciderunt ut altius surgerent & in maius. *Senec*: Qui nunquam cadit solus DEUS est, quare ergo rides de lapsu alterius qui stans videas ne cadas. *Thom: à Kęmp*:

Cædes vel occisio, homicidium, internecio. *adj*: recens, crudelissima, indignissima, maxima, nefaria, nocturna, plurima. *Phr*: Cædem facere, perpetrare, aliquem trucidare, nefarie occidere, scelerate interficere. Cui nos scenæ

fata

fata servatis, urbs tota vacua Civibus, plena cadaveribus, mortuorum sepulchrum.

Calamitas Syn: Acerbitas, infortunium, strages, pernities, incommoda fortuna, afflictio. *adj*: Communis, fatalis, indignissima, publica improvisa, inveterata, maxima, iniqua, perdita. *Phr*: Miserrimus temporum status, iniqua, perdita, infausta tempora, infelix temporum conditio, omnium rerum perturbatio, malorum colluvies, mala & multa & magna; omnibus vexatus calamitatibus, in miserrimum statum deiici, in ultimum discrimen adduci *Sent*: latent plerumq; in adversis solatia, & nubes hæ solem tegunt. *Anon*:

Calumnia. Syn: Injuria, convicium, probrũ, opprobrium, maledictum, datractio. *adj*: Iniqua, malevolentissima, injuriosa, aspera, fæda, acerbissima, tacita, impudens *Phr*: Falsa, & iniqua criminatio, injusta vexatio, malevolentiæ plena oratio, iniqua & offensa quorundam hominum opera, calumniarum ferax ævum, multos calumnia e luce publica, ad ignobiles latebras redactos, quasi viva cadavera sepelivit. *Sent*: Architecti calumniæ præcipui & quasi parentes sunt mendacium & invidia. *Lips*: Princeps qui calumniatores non castigat irritat. *Idem*. Calumnia in occasione apud audientes valet, tempore infirmatur. *Idem*. Regium est cum recte facias male audire. *Anon*: *Simil*: Ut scopulus assilientes undas sine

ne motu ullo suo frangit, sic nos convitiatores sine acerbitate ulla, aut ira; Ut tela quædam in Cælum emissa ire eo videntur, non tamen eunt, sic malitiosorum Calumniæ bonos non tangunt. Ut ignis paleam exurit, aurum vero nitidus reddit, sic calumniæ vanum aut vacuum absumunt, vera virtute gravem illustrant. Tempestatem Nobis nubes denunciant, incendium fumus, hostem explorator, at subita & improvisa pernities est a calumniante.

Calumniari & calumniator Phr: Injusta accusatione alienæ famæ notam inurere, dente maledico famam carpere vel lacerare, contumeliis lacessere alicujus famam, splendorem vitæ maculis aspergere; calumniator nimium iniquus æstimator, qui omnem judicij laudem in vituperandis alijs positam putat; Superciliose cæci, & cæce superciliosi carptores, quorum nec maledicentiæ olent Diogenem, nec rationes spirant Ciceronem.

Calvus Phr: Raso cálvoq; capite, in cujus capite ne pilus quidem invenitur; calvities in humano capite quanto major, tanto magis conspicuum verticem cæteris mortalibus venerandum reddit.

Campana. adj: Sonora, prægrandis, maxima rauca. *Phr:* Datur Templorum ex turribus ære sacro signum, ad exsolvendas Deo laudes. Campanarum funestus cantus, æris campani creber modulatusq; sonitus, modulatū festūq; carmen Campanis canitur.

Com:

Campus vel planities, ager. *adj*: Deformis, obſitus, elatior, immenſus, *Phr*: Opimi atq; uberes Campi. Campus tot picturis variegatus. Herbarum viridium generibus conſitus.

Canis Syn: Moloſſus, catulus, catellus, *adj*: providus, ſagax, venaticus, conſectarius, pecuarius, aucuparius, auribus truncatus. *Phr*: prædæ indagator canis, canum incredibilis ad inveſtigandum ſagacitas, canes vigilias nocturno diurnoq; labore peragent, nobiſq; de perpetuo ad valvas cuſtode proſpectũ erit. Allatrantem catulum inceſſantemq; quietus deſpicit nedum repellit major canis. Commendatur canis fidelitate quâ ſervis præeat, vigilantia quâ ſtationaliis antecellat, obedientia quod ad varia officia & ad omnis generis ludicra adhiberi poſſit.

Canere Syn: præcinere, ſonare modulari. *adv*: Flebiliter, modulate, abſurde. *Phr*: cantum edere, aures ſvaviſſimo cantu permulcere. Recte canendi artem callere, veteres heroum palmas cantu celebrare, delicatæ voces multa arte compoſitæ & in harmoniam redactæ. Gratus auribus ſonus, cantandi ratio.

Capilli Syn: Crines, Cæſaries, coma, capillitium *adj*: Horridi ſubcriſpi, compti, compoſiti, & delibuti, commodi, elegantes. *Phr*: Molliter defluens capillicium, ferro criſpati crines, nutrire comam, cæſariem promittere.

Crines

Crines alere. Curare ſibi capillum tonderi. Tonſori capillum reſecandum præbere, eleganti juvenis cultu, capillus circulariter tortus.

Caput vel vertex *adj*: Clarum, ſummum, laudabile, venerabile, illuſtre, coronatũ. *Phr*: Animi domicilium, ſalutaris Sapientiæ ſacrarium, in quo omnium ſenſuum collocata eſt ſedes, officina ſapientiæ; per caput jurabant veteres; capitis nutu pacta confirmabant. Caput ubiq́, pleniſſimum Majeſtatis.

Carcer Syn. Ergaſtulum, cuſtodia, Vincula. *adj*: ſqualidus, tenebroſus, teter, anguſtus, profundus, abſtruſus, dirus, crudelis. *Phr*: Carcer vindex nefariorum ſcelerum, homo carceribus & ergaſtulis clauſus, vinculis & compedibus impeditus, catenis onuſtus; Aliquem in vincula coniicere, in carcerem detrudere, mittere, in cuſtodiam dare, carceri mancipare, in ergaſtulum compingere, aliquẽ vinculis eximere, ſuæ cuſtodiæ permiſſus. Juſſus ſe domo continere. *Sent*: Carcer malorum deſideriorum diſciplina eſt. Quemadmodum Margarita etiamſi cæno obruatur, nihilominus nativam pulchritudinem obtinet, ſic virtus quocunq́; eam projeceris ſive in ſervitute ſive in carcere.

Cardinalis Phr: Purpuratus Eccleſiæ Princeps, vel in numerum Patrum Purpuratorũ adſcriptus vel adſcitus. Sacro cætui aggreſ-

ſus;

ſus; delatus ei Sacræ Purpuræ honos, vel eminentiſſima Eccleſiæ dignitas.

Carmen. Syn: Verſus, metrum, Poema *Adj:* abſurdum, præclarum, molliuſculum, inconcinnum, inelegans, inſulſum. *Phr:* Omni ſale ac lepore conditum, argumentum carmine tractatum, rarus ingenii Pöetici fætus, carmina condere, verſus fundere *Sent:* Carmini parva eſt gratia niſi eloquentia ſit ſumma *Plinius*. Dœmonum cibus eſt, carmina Poetarũ (intellige obſcæna) *S. Hieron:* Prohibetur Chriſtianis figmenta legere Pöetarum quia per oblectamenta inanium fabularum, mentem excitant ad incentiva libidinum. *Hugo.*

Catechizare, Catechiſmus *Phr:* aliquem fidei capitibus rudem erudire. Chriſtianæ Legis timorem neceſſariis fidei capitibus initiare; in alicujus animam Chriſtianæ legis initia inſtillare, in alicujus animo Divinæ fidei elementa conſignare.

Catechizmus Phr: Elementorum fidei traditio. Præceptorum Divinæ legis explicatio.

Cato Cenſorius Adj: Gravis, ſeverus, *Phr:* Magiſter morum. probitatis exemplar, virtutum Romanarum lumen. Qui propter ſeveritatem, gravitatem virtutesq; egregius & hoſtibus & Civibus formidine ſuis fuit. Canities illa veneranda, ille vultus in quo ſæculi calamitatem tanquam literis quibusdam ac ductibus conſcriptam atq; conſignatam viderunt.

Cavere

Cavere vel ſpondere *Phr*: Prædem dare, Sponſorem dare. Sponſore creditori cavere. Idoneum fide juſſorem dare. Alicujus ſponſorem eſſe. Datis fide juſſoribus. Idoneus ſponſor, fidejuſſor, appromiſſor.

Caupona Syn: Taberna, popina, hoſpitium gurguſtium *adj*: Infamis, aperta, communis, patens. *Phr*: In tabernam meritoriam divertit, ubi quidem parvo diverſorio refecti, poſtero die amplioris fortunæ domum quæſivimus. Cauponæ juventutis nidi, vitiorum receptacula, criminum omnium ſentinæ.

Cauſa Syn: Caput, origo, fons, radix, principium, occaſio, ratio *adj*: abſoluta, perfecta, ſocia efficiendi, non ſatis idonea, æquiſſima, propior, & cum exitu conjunctior magis a natura profecta, certa, nec ſcriptione magnopere digna, paratior, præcipua prægnans. Cauſæ multæ & maximæ aptæ & aliæ ex aliis neceſſitate nexæ. *Phr*: Minime levia rationũ momenta, dare & præbere anſam, patefacere feneſtram, miniſtrare occaſionem, aperire viã. Tu horum malorum causa, tu fons & origo. Tu Princeps fabricator author & adjutor, artifex, architectus, & machinator ſcelerum. Dux Princeps Coryphæus a Te hæc fluxerunt, horum culpam ſuſtines Tibi hæc accepta referimus.

Celebris. Syn: laudabilis, præclarus honorificus *Phr*: Nominis celebritate clarus, cujus

memorabilis & divina virtus lucem adfert Reipublicæ. Res clara atq́; omnium ſermone celebrata. Vir omni laude cumulatus, cujus ſplendorem generis & illuſtre nomen Majorum, annales loquuntur, qui famæ ac exiſtimationis ſuæ limites extendit. Vir qui honeſtiſſimas quasq́; vivendi rationes ab ineunte ætate ſuſcepit. Qui non modo majoribus ſuis qui & honoribus & rerum geſtarum gloria maxime floruerunt ſimilis, ſed etiam eorum memoriæ ac laudibus affert lucem.

Celer. Syn: Velox citus, concitatus *Phr*: Curſu celer, pedum pernicitate præditus, curſu præſtans, contento curſu aliquem locum petere, contentius ambulare, citato gradu incedere celeri fuga ſe proripere, quo tanta feſtinatione properas, quid hæc ſibi vult tanta feſtinatio, veſtra vobis pietas volucres dedit curſus.

Cera adj: flava, liquida, odorata, candida, mollis, tenella. *Phr*: Tractanti manu mollificata, aliquid cera illinire.

Certitudo adj: Maxima, evidens, palpabilis. *Phr:* Res non dubia, comperta, manifeſta, nota, explorata, non magis certum habes, ſolem illum lucere, quam ipſum vere ſcripſiſſe; nõ ſum pertinax, eripi tamen mihi difficulter poteſt, quin *&c:*

Charta vel papyrus vel membrana *adj*: levis tenuis, docta, pura, peſſima, bibula, *Phr:*

charta

charta transmittens literas vel attramentum, charta aspera, scabra, & pilis tenuissimis plena quæ pennam remorantur ne inoffense decurrat. Papyrus ad Epistolas accomodata, hæc charta perfluit, charta amplo folio, mercibus involvendis idonea, resecare extremas papyri oras.

Chirurgus adj: Expertus, excellentissimus, peritissimus. *Phr*: excellens in chirurgia, manuariæ medicinæ peritus. Qui corruptas ac vitiatas corporis partes aliis omnibus frustra tentatis urit, postremo, aut secat, ne earum contagio cæteris obsit, cum jam in levioribꝰ remediis nulla spes esset.

Christianus Phr: Qui Christum (quantũ homini possibile est) imitari nititur verbis & operibus. Qui moribus Christo coæquatur, quibus Christi jugum diadema est, virga sceptrum, jussa favores, servitium dominatio. *Sent*: Christianus est nomen pietatis, justitiæ, charitatis, castitatis, humilitatis, patientiæ *S. August*: Christiani Nomen ille frustra sortitur qui Christum minime imitatur. *Idem*. Quomodo gloriaris te esse Christianum si nomen habes & factum non habes *Idem*. Fiunt non nascuntur Christiani *S. Hieron*: Multi Christiani sunt Nomine, Pagani tamen cõversatione. *Hugo*. *Simil*: Sicut magnam arborem vivere & fructum non reddere nihil prodest, sic nihil prodest Christianum dici, & Chri-

ſtiana opera non habere *S. Auguſt:* Quadrati lapidis ſimilis debet eſſe Chriſtianus, nam quadratum lapidem quacunq; verteris ſtat, ita Chriſtianus in omni tentatione, & ſi qua vertitur non cadat.

Civitas. Syn: Urbs, Oppidum, Emporium. *adj:* Jlluſtris Civitas, ampla, nobilis, amiciſſima, ſplendidiſſima, florentiſſima, bene morata, locuples, bene conſtituta. *Phr:* Munitione ac ſitu opportunum bello oppidum, venalium commercio florens oppidum. Multitudo hominum in quoddam vinculum redacta concordiæ. *Sent:* Nihil prodeſt muros Civitatis munire propugnaculis & Deum provocare peccatis *S. Ambroſ:* Nihil tam inimicũ eſt Civitati quam injuſtitia *S. Auguſt:* Qualis Rector eſt Civitatis, tales inhabitantes *Beda.* Conſtare ſine pauperibus Civitas non poteſt, quia pauperes Civitatibus velut tutelaria quædam numina ſunt *S. Chryſoſt:* Unum eſt inexpugnabile munimentum Civitatis, amor Civium. *Seneca.*

Clamare Syn: Vociferari, perſonare conclamare. *Phr:* Vocem efferrè, attollere, jactare, clamores efficere, vehementius clamare, clamoribus omnia complere, in clamores effundi, repente magnis clamoribus intolerabilem cruciatum teſtari eſt coactus, quantum potero voce contendam.

Clamor vel vociferatio *adj:* Acutiſſimus, incredi-

credibilis, infestus, magnus, inconditus, & turbulentus, immodicus insanus *Sent*: Clamat cor nostrum non sono corporis sed cogitationum sublimitate concentuq; virtutum *S. Ambros*: Clamositas & verborum asperitas locutionem plurimum deturpat *S. Bonav*: Animarum verba sunt ipsa desideria, magnum desiderium est magnus clamor *S. Gregorius*. Quid turpius Philosophia captante clamores *Seneca*.

Non vox sed votum non musica chordula sed (cor.
Non clamor sed amor clamat in aure DEI.
Hugo.

Clementia. Syn: lenitas animi, benignitas, humanitas, mansvetudo *adj*: Invincibilis summa, facilis, regia. *Phr*: Virtutum Regiarum Princeps mitis & mollis illa diva, quæ lenit, quæ temperat, noxios erigit, & servatum it eos ipsos qui se perdunt omnium laude prædicatione. Literis monumentisq; decoranda. Gloria senum clementia. *Anonymus*.

Cæcus. Phr: Captus oculis, qui sensu oculorum destitutus, qui oculos amisit, luminibꝰ viduatus, visu orbatus, luminis expers, cæcitatem ab utero Matris attulit; in rebus nostris plerumq; cæcutimus. Cæco impetu ferri inexplorata re, cæcum in morem aliquid agere.

Cœlum. adj: Nubilum, placidum, serenum, Stel-

Stellatum. *Phr*: Perpetui cursus cõversionesq́; Cælorum, cælum serenum sine caligine. *Sent*: Affectanti Cœlestia terrena non sapiunt. *S. Bernardus* Regnum Cœlorum venale est, non quærit Deus nisi amorem, da ergo amorem & accipe Cælum. *S. Ansel*: *Simil*: Ut athletæ in stadio oculos ad metam & bravium intendunt, sic nostra mens debet ad cœlum & æternã illã palmam.

Cænare. *adver*: bellè, frugalitèr, honestè. *Phr*. Cænam sumere, ad cænam me invitavit.

Cænobium. Monasterium, asceterium. *adj*: Sanctum, Religiosum, insigne, antiquum. *Phr*: Religiosæ familiæ domus, cætus religiosus, Collegium Sanctissimis Legibus septum. Lectissimorum virorum numero, Nobilitate, virtute, frequentissimum, virtutum exemplis florens.

Cogitare. Vel meditari, contemplari. *Phr*: Mente vel cogitatione complecti, animo agitare. Secum quærere, in animo habere. Omnem suam curam defigere in aliqua re. Ratione animoq́; lustrare. Meditari secum. Hæc ego reputo & dies noctesq́; cogito. Nemo temere incerta casuum reputat, quem fortuna nunquam decepit. Introspicere penitus in omnes Reipublicæ partes. Nullum a me tempus prætermittitur de te tuisq́; rebus cogitandi. Si in eam cogitationem venissem; di-

mit-

mittamus hujus rei cogitationem. Id etiam atq́; etiam cogita, in illud intende, ac defige animum, hujus rei faciendæ consilium abjeci, vel cogitationem deposui, Officii nulla te cura capit. Tu muneris nullam plane curam geris, quæ tuarum sunt partium nec curas nec cogitas.

Cogitatio vel Sententia *adj*: Diuturna, attentissima, inanis, quieta, tacita, summa, cogitationes acerbæ, intimæ, posteriores, sapientiores, profundæ, anxiæ, accuratæ & meditatæ evanidæ *Phr*: Agitatio mentis, cogitata consilia, animi sensa; in his ego cogitationibus die nocteq́; versor; hæ animum meum deiiciunt. *Sent*: Cogitatus sensati in omni tempore vel metu non depravabitur. *Ecclesiastici* 22. Quidquid pudet dicere pudet & cogitare. S. *Hier*: Quocunq́; tempore non cogitaveris Deum puta tempus illud te amissise *Anon*: Ad utramq; fortunæ manum adornemur, & cuiq́, operi præmittamus exploratores cogitatus. *Nierembergius Simil*: Ut qui ex claro sole redigerunt in umbram his caligant oculi, ita qui a Divinorum contemplatione ad humana recidunt; Sicut nubes solem abscondit, ita cogitationes malæ obtenebrant & perimunt mentem.

Cognitio. *Syn*: Intelligentia, notio, scientia. *adj*: Divina, facilis, infinita, subtilior, magna ac difficilis, vulgaris. *Sent*: Quanto nobilior

est

eſt cognitio, tanto pejor eſt error *S. Bonav:* Cognitio eſt via ad amorem *Dion:* Vis à Deo cognoſci fac hominibus quam maxime ſis ignotus. *Evagr:*

Cognoſcere Syn: Percipere, perſpicere, intelligere cernere *adv:* Acriter, diligenter, præclarè non vere, penitùs, perſpicue, pulchre, recte. *Phr;* Habere perſpectum, alicujus rei notitiam habere, cogitationem capere; me adduxit in cogitationem illius rei, mihi illud ſignificavit aperuit, declaravit. Non me res iſta latet, hæc ego ſentio, prævideo, cerno odoror. Hæc mihi patent, liquent, aperta, explorata, comperta, nota, manifeſta, perſpicua, apprime cognita mihi ſunt. Plane teneo animum tuum, vellem quæ ſit in te animi mei propenſio poſſes inſpicere; vellem quomodo affectus erga te ſim oculis cernere tibi liceret, ex tuis Literis me a te amari intelligo.

Columba adj: Manſveta, cicur, imbellis, pavida, vagabunda *Phr:* Ales candidiſſima quæ campos florum varietate diſtinctos & loca odoris ſvavitate perfuſa ſæpiſſime quærit.

Comedere Syn: obſonare, manducare, veſci, paſci. *Phr:* Famem epulis levare, ſolari, cōprimere exſaturare, cibum ſumere, vel capere, cibo famem depellere, per luxuriam rem ſuam omnem, vel fortunas opesq; ſuas dilapidavit, abligurivit, conſumpſit, decoxit prodegit, diſſipavit, confecit, exhauſit; nimio cibo ven-

trem

trem distendit, escas exquisitas appeto, victus meus impendio magno non paratur. Quid stodilius quam turpissimæ corporis parti servire, illi avium miracula, maris prodigia, æstivas nives, hibernas rosas parare & odoramentis etiam ab ultima Arabia aut India accersitis cibum farcire.

Comes Syn: Affectator socius *Adj:* Clarus atq; jucundus, idoneus importunissimus, non molestus. *Phr:* assiduum perpetuum usq; dum volueris vel quoad volueris, comitem me habebis. Nunquam a Tuo latere discedam. Nulla me res nisi Tua voluntas avellet abs Te

Cometa vel cometes *adj*: ater, tristis, fatalis crinitus, horrendus infaustus, sinister lethalis, lugubris, exitiosus: *Phr:* Stella crinita non sine magno portento apparens, ostentum illud Cœli monstrumq; ; ferale cometæ augurium. Magni exitii nuncius. Dirum mortalibus omen & inauspicatissimus vates.

Comitas Syn: Facilitas, affabilitas, humanitas, benignitas, bonitas, mansvetudo. *adj*: jucunda, singularis, multa, summa. *Phr:* svavitas morum, mores svavissimi, plena illis propensissimæ voluntatis humanitas, ex omnibus virtutibus, nulla est quæ hominem magis deceat, quam humanitas; Tu cunctos quã humanitate mentis invitas, hilaritate frontis excipis, Majestate terres, tueris comitate; Morosi mores non pariunt amores. *Com-*

Commendare Phr: Fidei alicuius committere, in alicujus fide ac Religione deponere, collocare, alicujus virtuti tradere, ſic Tibi hunc hominem commendo ut majori cura, ſtudio ſolicitudine animi commendare non poſſim, ut neq; majore ſtudio quempiam nec juſtioribus de cauſis commendare poſſim; gratiſſimum mihi erit ſi huic cōmendationi meæ, tantum tribueris, quantum cui tribuiſti plurimum; vehementer Te rogo, ut ex hac commendatione mea, mihi quam maximas quam primùm, & quam sæpiſſimæ gratias agat quāti apud Te ſum tantum valere apud Te commendationem meam effice, ut Intelligam,

Comædia vel Tragædia, Fabula, Scæna. *adj:* Antiqua, vetus elegans, flebilis, accommodata, optime ſcripta. *Phr:* Ars Comicorum, Comicum, vel Tragicum Pöëma, Comediam exhibere, repræſentare, Actor Tragicus, Actor Comediæ optimus, induſtrius. *Roſcius in ſcæna, quod proverbium ſignificat optimum actorem a Roſcio peritiſſimo artis hujus.* Iſtorum vitio nunquam ævi ſenio delicta moriuntur quæq; debuerant ſcelera ſæculorum oblivione ſepeliri, eruuntur ſubinde in lucem, qui viviſſimis etiam fabulis impetrant aures, attentationem, applauſum, ut nos magis illa eadem in ſcænis audita quam in libris lecta delectent.

Complementa Phr: Officioſa verba, adhibitū

in

in ſalutationibus & congreſſibus humanitatis, & urbanitatis officium. Officioſa functio, interpoſita Urbani officii comitas. Apud me ſupervacanea ſunt. fucata ſunt, verborum officia, officioſis verbis alloqui. Verbis honorificis urbaniſſimisq; proſequi. Miſſas faciamus hujusmodi officiorum argutias.

Concio Syn: Conventus, multitudo hominũ, concilium Panegyris, vel ſermo, oratio. *Phr*: De Divinis rebus vel de re Chriſtiana Oratio, Divini verbi per oleum ſacrorum Myſteriorũ interpretatio. Divini Verbi præconem agere. Ad pietatem ad vitæ Chriſtianæ decus pro ſacro ſuggeſtu adhortari populũ, munus concionatoris obire. Concionator vel Eccleſiaſtes diſertus zeloſus. Facundus Verbi Divini præco, Concionantem hunc Virum ſemper frequens nobilisq; Conſeſſus celebrat, ad quem magna hominum multitudo confluere ſolet, frequentiſſimus auditorum cætus, celeberrima audientium Corona, in ſacris pulpitis Orator eloquens, inſinuat ſe auribus, pervadit animos delinit affectus: Dicunt argumentis non tam ſpecioſis quam fructuoſis: Magnum habent rerum delectum, dictionem felici quodam profluvio æquabiliter fuſam. *Sent*: Qui ad veræ prædicationis verba ſe præparat, neceſſe eſt ut omne quod loquitur ad Divinæ authoritatis fundamentum revocet. *S. Greg*: Eum qui

doce-

docere aggreditur, facere oportet, atq; ita loqui, qui autẽ nõ facit, cum ne verba quidem facere convenit. S. *Isid: Simil:* Quemadmodum nobilis arbor cum fructibus gravis est, ac foliis abundat, agricolam oblectat & spectatores voluptate afficit, ac prætereuntes recreat & reficit, eodem modo is quoquè qui in Doctoris solio collocatus est, & sermone atq; doctrina fulget, tum Deum oblectat, tum hominibus utilitatem affert.

Concordia Syn: Unio consensus, conspiratio, *Adjun:* Communis, gratissima, incredibilis, magna, pristina. *Phr:* Animorum mutua consensio, Voluntatum mutuus consensus: multorum unam in voluntatẽ conspiratio: Multorum amica & sotiabilis concordia: Amoris & concordiæ vinculo inter se colligati: Concordiam disjungere animorum conjunctionẽ dissolvere, dirimere, labefactare: quo magis virtus unita est èó fortior, faciliusque resistit fortunæ ac malevolorum injuriis: quamdiu propugnaculi saxa firmiter inter se cohærent, tamdiu est inexpugnabile, at simul ac parietes facere labem incipiunt expugnationi proximum est: Concordia est bonorum Civilium seminarium, quietis publicæ leges & almæ pacis nutrix.

Confiteri Adver: apertè, ingenuè, impunè, liberè, palam, timidè, *Phr:* per pænitentiæ Sacramentum animi maculas detergere, delere

re, diluere: Anxium animum confessione serenare: Pœnitentiæ Sacramento animi noxas expiare. De tota vita ritè confiteri: Confessarii Sacrum Tribunal: *Sent:* Non confundaris confiteri. *Eccl:* 4. Confessio sanat, confessio justificat, confessio peccati veniam donat, omnis spes in Confessione consistit, in confessione locus misericordiæ est. *S. Isid:* Ama Confessionem & habebis decorem, quia ubi confessio, ibi decor & pulchritudo. *S. Bernardus.* O stulte! cur erubescis homini dicere quod non erubuisti in conspectu DEI facere. *S. Augustinus.*

Conjectura Syn: opinio, suspicio, Divinatio, provisio, existimatio, *Adjun:* Bona certa, credibilis, facilis, multa, perspicua, verior, *Phr:* Hæc extra conjecturam sunt; De his nihil certo potest colligi.

Conscientia Adjun: jucundissima *bene actæ vitæ.* præclara, recta. *Phr:* Animi quædam ratio, vis& lex: quoddam mentis dictamen: cõscientia optimæ mentis recreatus: Mens sibi conscia recti. Prava conscientia severus monitor: Mens delictorum conscia: *Sent:* Secura mens quasi juge convivium *Prov:* 17. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ: 2. *Cor:* 1mo. *Simil·* Quem admodum ulcus vel vulnus cicatricem relinquit in corpore doloris indicium, sic conscientia malefacti notus peccati in animo relinquit.

Ut Histriones qui Regum Principumq́;Personam agunt, veste, gestu, sermone, similes, introrsum nihil eorum habent; sic iste apparebit qui conscientiam non habet.

Consensus vel Conspiratio. *Adj*: gravissimus incredibilis, magnus, publicus, summus, *Phr*: Approbantis Judicii assensio; bonâ Magistratûs veniâ, omnium judicio, approbatione, Sententiâ Consensione omnium; communi cõsensu; cunctis approbantibus, consentientibꝰ; nemine dissentiente.

Consentire Syn: probare, comprobare, assentiri, acquiescere, annuere, conjurare. *Phr*: Accedere ad alterius Judicium, concedere in alterius sententiam, In sententia alicujus manere; pro rato habere. Judicio vel opinione alicujus stare; Consentire cum bonis; Ille nobis suffragatur: Viam Sapientum consiliis consignatam meis pedibus tero. Qui aliquando tandem post longam concertationem dant manus. Uno animo, unâ Sententiâ unâ volũtate conspirant.

Conservare Syn: custodire, tueri, retinere, asservare, tutari fovere, reservare. *Adv*: benignè, comitèr, constantèr, providè, sedulò. *Phr*: Conservare vires suas, valetudini parcere, tueri valetudinem, Valetudini consulere; tueri authoritatem; peste præsentissima Rẽpublicam liberare.

Consi-

Considerare. Syn: Reputare, cogitare, animadvertere ſpectare, exiſtimare, intueri, attẽdere, expendere, ponderare. *Adv*: Breviter expeditius *rationem ac viam artis*; etiam atq́; etiam; optimè *Phr*: Aliquid attentius verſare in animo, agitare animo, meditari accuratius, Ante oculos ponere, penitus perſpicere, penſiculatius expendere; Ratione animoq́; luſtrare, æquiſſima judicii lance attentius examinare; animo volvere ; omnes ingenii ætatisq́; nervos eo convertere; Quo magis ad fortunæ varietatem, ad varios rerum eventus ad varios incertosq́; caſus ſpecto.

Conſiliarius adj: Præclarus, Prudens, incorruptus. *Phr*: A conſiliis, Rerum geſtarũ magnitudine & honorum atq́; vitæ dignitate illuſtris. Qui ſvadet Principi, quod oportet, quod ratio, quod æquitas, quod ſperata æternitas poſtulat. Hanc ex animo quidẽ meo Sententiam conducibilem protuli. Quibus hæc cura, ut ſalutarium monitorum face prælucerent Imperanti. Qui conſilia ſua ad Dei honorem Principis gloriam Patriæ libertatem & commodum dirigit. Omnium cogitationũ atq́; intimorum Conſiliorum Principis conſcius. Sapienter conſultum eſt, Qui ſic ſentit non errat, non offendit, non labitur. Conſilium hoc à ratione non diſcedit. Tuo judicio ſtabo. Te conſiliario utar. Ad conſilium amicorum confugere. Fecit hoc me inconſul-

to;

to, me inſcio. Raro labitur ſenilis ætas in cõſiliis. Optimam partem eligunt ſenes, quorũ grandior eſt ætas, qui longius ætate proceſſerunt. Conſilia omnia præſertim bellica, tãdiu tuta, quamdiu tecta *Sent*: Conſilium ſapientis ſicut fons vitæ permanet. *Eccl*: 21. Fili ſine conſilio nihil fac, & poſt factum non pænitebit. *Eccl*: 32. Dare ſtulto conſilium charitatis eſt, dare ſapienti oſtentationis; dare vero tempore perverſitatis Sapientiæ. *S. Greg*: Maxime ſunt contraria Conſilio, feſtinatio & ira, velox conſilium ſequitur pænitentia. *Seneca. Simil*: ſunt qui propius admota non cernunt; quæ longius abſunt vident, ita nonnulli plùs ſapiunt in rebus alienis, quam in his, quæ ad ſe pertinent: *Plut*: Ut Apion Homerum ab inferis evocatum nihil aliud interrogavit, quam quibus Parentibus genitus eſſet; ſic quidam graviſſimorum virorum Conſilio convocato, de meris nugis conſulunt. *Eraſm*:

Conſolari Adv: Amiciſſime comiter vehementer. *Phr*: Dolorem levare; Mærorem minuere, Afflictum a mærore animum erigere Jacentem excitare; langventem confirmare. Laboranti animo medicinam adhibere. Rebus meis tam afflictis mederi potes. Te Conſolatore mihi magnopere opus eſt. Nihil æque dolorem levabit quam tua peramica conſolatio. Deus mærorem diuturnum magno ſolatio compenſabit.

Conſo-

Consolatio. Syn: Solatiũ Levamen *Adj*: Annua gratissima, modica, maxima, inopina, necessaria, mediocris. *Phr*: Confirmatio animi fracti, Medicina vulneris, redundans omni svavitate solatiũ, *Sent*: Consolabor eos, & lætificabo a dolore suo *Ierem*: 31. Consolationũ multæ sunt viæ sed illa rectissima: impetret ratio quod dies impetratura est. *Cic*: *Similit*: Ut ungventum non solum delectat olfactum verũ etiã remedium est adversus maleolentia, sic in malis bonorũ memoria consolatur. Ut medici vetant admoveri remedia cũ morbus in accessu est ac sævit sed cum se remittit; ita ad primos illos iræ aut doloris motus non est adhibenda consolatio vel admonitio sed ubi tempore cæperunt esse leviores. *Sen*:

Consortium. Syn: Consvetudo, societas conversatio *adj*: Bona, prava, pessima. *Phr*: In cõsvetudinem improborum se dare. Jungere, familiaritatem cum improbis. Volo nefarios cætus effugere, Illorũ consvetudinẽ exhorrere. Libentissimè utor ejus consvetudine. Ejus consvetudo voluptatem mihi parit maximã. Corruptela suorũ morũ eũ inquinavit atq; infecit. Malus ipse fies si malis convixeris. Quid ignem damnas te damna; Si te removeris nihil est quod metuas flammas. *Simil*: Ut flumina per se dulcia, cũ in mare venerint salescunt; sic homines haud mali, ex agris in urbem redacti inquinantur. *Lips*: Pacatissima

intuere flumina, quæ lentitudine suâ cursum oculis eripiunt; incumbunt venti exsurgunt fluctus, & mansvetũ illud elementũ, quod ovium instar ignorare motus videbatur, in leoninas exasperatur iras; eadẽ de animo ad innocentiã & virtutem nato cogita, si pravo malignoq; contubernio adjunxeris, imbibit malignitatem. *Scriban:*

Conspirare, vel conjurare in aliquẽ *Phr:* Conspirationẽ conflare in alicujus necem. Alicui exitium moliri, pestẽ machinari, perniciẽ struere. Sociũ & adjutorẽ esse conspirationis. Scelerata machinatio in Patriã. Flagitiosa conspiratio. Impetus conjurationis. Cognita jã & constricta tenetur conjuratio. Retunde tela conjurationis. Extra conjurationem esse. Non se privatis parietibus continet mali vis. Inita, occulta primũ, mox etiã aperta adversus omnes rectè sentientes scelerata consilia.

Constans. Syn: Firmus stabilis, gravis, æquabilis, moderatus. *Phr:* Singulari constantiâ præditus. Insumpto vitæ genere firmiter hærens. Qui animo est infracto. Qui inter serenos & nubilos soles eundẽ vultũ præfefert. Qui interritus periculis, infractus malis, invictus adversis, calamitatibus inexpugnabilis. Nullam in illo infirmitatẽ animi nullã consilii mutationẽ deprehendi. In Sententia perstare, persistere perseverare. Propositi sui esse tenacem,

cem. Infidiis non territus, minis non mutatus carcere non fractus; contumeliis major & excelsior. Quem neq; periculi tēpestas, neq; honoris aura potuit unquam de suo cursu, aut spe, aut metu dimovere. *Simil:* Ut fluvii quidã per media maria transisse dicuntur, & servare suã undã; Sic tu per tumultus ut salsedinem nullã trahas ex hoc mærorũ pelago. Jacebis? constantia te tollet; Vacillabis? sustinebit; ad lacũ properabis vel ad laqueũ? solabitur & reducet a limine mortis. Qui publicũ subit, non uni caput discrimini obiicit metã se fortunæ statuit. Illa plus diligimus, quæ majori cũ discrimine obtinemus. Facilè parta, facilè contemnuntur, desiderata dulcescunt. *Simil:* Ut columna quæ rectè stat, imposito magis pondere firmatur; Sic altas rectasq; mētes oportet non cedere oneri, sed obniti. *Vide Fortitudo & Patientia.*

Consvetudo. Syn: Mos, institutio, usus, vita communis, habitus, institutũ, convictus. *adj:* Consvetudo vetus, diuturna, elegans bona, civilis, cõmunis familiaris, jucundissima, quotidiana, popularis, vulgaris, superior, vitiosa, obsoleta hominibus insita, a majoribus relicta, æquitati consentanea. *Phra:* Jus quoddã moribus institutũ, Quæ tempore confirmata est; & ad naturam similitudine quàm proximè accedit. Mos obtinuit invaluit, increbuit, inveteravit. Ita fert omniũ consve-

tudo. Ita inſtituti natura omnes ſumus. Et hoc in more poſitũ, Pro tua consvetudine. Quem a Parentibus Filii, Parentes ab Avis, Avi à Proavis, *Proavi*, ab Atavis morẽ acceperunt. *Sent*: Conſvetudo laborum, perpeſſionẽ dolorũ efficit faciliorẽ. *Cic*: Deſinit eſſe remedio locus, ubi quæ fuerunt vitia, mores ſunt. *Sent*: Secunda natura conſvetudo prima; illa artificialis natura, aut iſta conſvetudo naturalis.

Contemnere. Syn: Deſpicere, ſpernere abiicere. *adverb:* aperte penitus plane vehementer viciſſim *Phr*: aliquẽ contemptim habere. In minimis ponere. Infra ſe ducere. Homo deſpectus ab omnibus. *Sent*: Eiice deriſorẽ & exibit cũ eo jurgium *Prov*: 22. Non ſunt cõtemnenda quaſi parva ſine quibus magna conſtare nou poſſunt. *S. Hier*:

Contentus. Phr: mea ſorte contentus vivo. Majora non appeto. Acquieſco fortunæ meæ. Satis eſt, abunde eſt quod habeo.

Convaleſcere. adverb: Cõmodiſſime tardius ex morbo *Phr*: è gravi morbo recreari. Valetudinẽ tuã jã confirmatã eſſe gaudeo. A moleſtiſſimo morbo revalui imo revixi. Ex incõmoda valetudine emerſi. Gravitate valetudinis jam pauculum videor levari. *Vide æger.*

Convertere. Phr: Da operã ut eos, de illa pravitate animi deducas. Revocare aliquem

à

à turpi consilio. Aliquē a rerū omniū licentia ad honestā vitæ rationē traducere. Ad bonā frugē redire *Sent:* Justo Judicio DEI fit ut quia cū potest homo converti non vult forte converti non possit. *Innoc: III.* Optimus est portus pænitentiæ mutatio consilii. *Cic:* Pars magna pietatis est velle fieri bonū *Sen:* Quādiu, quamdiu cras, & cras? quare non modo, quare non hac hora finis turpitudinis meæ. *S. Aug:* Ne expectes ut bonus fias sed jā fieri incipias. N*az:*

Convitiari. Syn: Calumniari, obtrectare, detrahere, *Phr:* aliquem contumelis onerare. Convitio verberare, lacerare. Absenti male loqui. Ad majores contumelias jam occalui. Ad has contumelias ne pilo magis quidē cōmoveor. Tantū abest ut tuis offendar conviviis ut etiā gratias agam. Fumos inanes tuos contemno. Nimiamque istā insolentiā refundam. Me mordicus lacessis. Qui in alicujus mores impurissimū os solvit. Qui dente theonino arrodit omnes. Natus ad contumelias omnibus inurendas. *Sent:* Multi cū aliis maledicunt sibi ipsis convitiū faciunt. *Sent:* Non potest generosus animus contumeliam pati *Idem.* Si merito objurgaverit te aliquis, scito quia profuit, si immerito: scito quia prodesse voluit. *Idem.* Nulla contumelia est nisi feceris tibi nisi putaveris. *Nier:* Aut Judiciū contumelia est aut mendaciū, si Judiciū, ad

eru-

eruditionē patientis eſt: ſi mendacium ad pudorē dicentis. *Simil.* Jaculū ſi in ſolidū aliquid inciderit nonnunquam in mittentē retorquetur: ita convitium in fortē & conſtantem Virum tortum recidit in convitiū facientem.

Convivium Syn: Epulū ſympoſiū *adj*: Delicatū ſobriū, tempeſtivū, jucundū, moderatū Publicū *Phr*: Conviviū argento, veſte, omni apparatu ornatuq; viſendū. Cæna opipara variisq; inſtructa ferculis. Convivium magnifice & ſplendide inſtituere. Menſam Cibis exquiſitiſſimis adornare. *Sent*: Væ vobis qui ſaturati eſtis quia eſurietis *Luc*: 6. Convivia ſumptuoſa damnū ſine honore conferunt *S. Bernardus*. Sæpe conviviū ebrietatis eſt theatrū *Clem*: *Alex*: Convivia peragi ſine culpa vix poſunt *S. Greg*: Facile contemnitur Clericus qui ſæpe vocatus ad prandium ire non recuſat *S. Hier*: Laudent eſurientium viſcera, non ructantium opulenta convivia. *Idem*.

Cor. adj: Molle, vegetū, acerbū. *Phr*: Vitæ fons. Quo vigente omnia vigent *Sent*: Mare eſt cor noſtrum, furore turbidū, rixis amarū elatione tumidū *Gloſſ*: *Ord*: Sit cordis tui habitaculū mundū, ornatū, dilatatū & clauſum; Mundū ſit à ſordibus polluti amoris, ornatū virtutū floribus, charitate dilatatū, prudentiq; clauſum cuſtodiâ. *S. Laurentius Juſt*:

Corona. Phr: Insigne Regni vel Regium. *Sent:* Quanto erit acrior impetus belli, tanto densior corona *S. Aug:* Molesta est lucta, sed fructuosa, quia si habet pœnam. habebit & coronã *S. Bern*: Præliemur viriliter, ut à Deo coronemur perenniter. *S. Bon:*

Corpus adj: Adversum, grave, ingens obliquũ, obscurũ, ægrũ fragile, vitiosũ. impurũ, incultũ, mortale, vacillans. *Phra*: Mẽbrorũ mira cõpages; Vas aut receptaculũ animi. *Sent*: Corpus socius est animæ minimè clemens, valdè injustus. *Nier*: Tardi ingenii signum est, in rebus corporis immorari. *Epict:* Quid natus sim scio: imbecillũ corpus, fragile, ad omnẽ contumeliã projectũ, morbi pabulũ & mortis victima *Lyr: Simil*: Ut palam præ foribus ædiũ, Principũ Virorum affixa videmus insignia, quæ viatorẽ, loci rudẽ ac peregrinũ Domini luculenter admoneant; sic in extima corporis facie, & quasi vestibulo mentio, incisæ visuntur imagines quædã illustres, signaq; quodãmodo coronata Dominantis Ingenii.

Corrigere. Syn: Emendare, restituere, purgare. *Phr*: In aliquẽ animadvertere; depravata meliorare, ad frugẽ meliorẽ revocare. Perditis in adolescentia moribus multi sunt, qui resipiscentes honestè vitã instituunt. Suos mores conformant. Stat hæc atte defixa in corde sententia. Ex feritate ad Justitiam ac mansvetudi-

tudinem traducere. *Sent*: Contra Medicinam purgationis obſurdeſcere non debemus. *S. Aug*: Multi ſunt qui alios curare nituntur; ipſi ulceribus ſcatent. *Naz*: Quem objurgatio non correxit emendet pudor. *S. Hier*: Erravimus Juvenes, emendemus ſenes. *Idem*. Omnium purgationū maxima atq; primaria ratio, ut qui errat, redargutione purus evadat. *Cic*: Qui corrūpimur rebus proſperis, corrigimur adverſis. *Salvian.* E vitio alterius Sapiens emendat ſuum *Sent*: Cū aſinus cecidiſſe videtur, omnes manū porrigere & pariter erigere ſtudent, Fratrū vero pereuntiū, cura habetur nulla *S. Chryſol*:

Corrumpere. Phr: Corrumpere largitione. De fide deducere. Alicujus fidem pecuniâ, aut alia ratione labefactare, perfringere, inflectere. Judiciū fidē Muneribus aggredi; oppugnare. Pretio additam fidem habet.

Credere. Phr: Alicujus dictis fidem habere, adjungere, tribuere. Velim ſic habeas. Plane credas. Tibi perſvadeas. Pro explorato habeas. Fidem non invenies. Te uſq; ad mendacia hæc leviora credulū præſtas. Cave ne cui temere credas. Cōmune munimentū, bonū ac ſalutare omnibus dixit eſſe Demoſthenes non facilè credere.

Creare. Aliquid ex nihilo condere. Prima naſcentis naturæ origine, dicentis voce, vaſta hæc rerum extitit univerſitas. *Dixit*: *Fiat*. ex

ex momento coierunt in orbem Cæli radiarũt in lucem geminæ solis Lunæq; faces, effulserunt in gemmas Stellæ, undavit àër, librata est terra, intumuit mare, fluctuarunt lacus, fleverunt fontes, iverunt fluvii, volarunt aves, vixerunt animalia, steterunt arbores, viruerunt rami, floruerunt campi natura omnis venustissimã in Scænam digesta exiliit in theatrũ.

Crimen. Infamia, scelus, flagitiũ, noxa, maleficiũ, delictum. *Adj*: Atrocissimũ, certũ, cõmentitiũ, fictũ, capitale, perspicuũ, domesticum, ingens maximũ, probrosũ, nefariũ, inauditũ, impiũ, detestandũ, pessimũ. *Phra*: Sũmũ nefas eo furiosius, quo consideratius justitiâ in injustitiã tantam adactã. In te admittis grave crimen, noxã capitalem. Scelerate agis, iniquissime facis, piaculũ cõmittis, In omni scelerũ flagitiorumq; genere volutaris *Sent*: Prima Libertas est carere criminibus. *S. Aug*: Evidentia patrati sceleris non indiget clamore accusatoris. *Gloss*: *Int*: Commissũ crimen dulce est ad momentũ, sed vertitur protinus in exitiũ *S. Chrysost*: Nihil est, quod tam miseros facit, quam impietas & scelus. *Cic*:

Crudelis. Syn: Durus, inhumanus, ferreus, ferus, immanis, sævus, barbarus, truculentus, ferox, trux. *Phra*: Omnis humanitatis expers. Naturâ asper. Jmmemor humanitatis. Barbarâ immanitate efferatus. In aliquem sævire, vel esse crudelẽ. Sensum omnẽ humanitatis amisisti.

ſiſti. Nemo unquam atrocius ſe efferavit in nocentes. Obſurduerunt his precibus aures Tyranni, miſerabili ſpectaculo truces oculi claudebantur, animũ belluarũ feritas occuparat. *Sent.* Crudelitas Tyrannorũ, gloria eſt Chriſtianorum. *Tert:* Devita crudelitatẽ, & Miniſtram crudelitatis iram *Sent:*

Crux. adj: Sancta, Salutifera, celeberrima, pretioſa, ardenti animo concupita, triumphalis, *Phr:* In crucẽ tollere. Ducta in Crucem manu. *Sent:* Hæc eſt ſalus animæ fædarumq; concupiſcentiarum ſalubre Antidotum. *S. Chryſoſt:*

Cryſtallum. Adj: Purum, pellucidum fragile. *Phr:* Cryſtalli ſplendor. Criſtallina glacies.

Culpa. Syn: Cauſa crimen, reprehenſio, vitium erratum, error, lapſus, *adj:* culpa aliena, maxima, præterita, turpis *Phr* tranſgreſſio voluntaria legis obligantis. Ejus rei culpam in multitudinem conjecerunt. *Sentent:* Culpa ad reatum trahit, reatus ad pænã, pæna perducit ad mortem *S- Ambr:* Infelix culpa in qua locum qualiſcunq; non invenit excuſatio. *Zeno.* Præter culpam ac peccatũ homini accidere nihil poteſt, quod ſit horribile aut pertimeſcendũ. *Cic:*

Curare. Syn: laborare, ſtudere, Providere, Conſulere *Adv:* Maximè ſtudioſè diligentiſſimè non mediocriter *Phr:* redeuntibus ſub inde

de curis angi. Jllud curabo, illud erit mihi curæ, Curam atq; operam conferam. In illa re omnẽ meã curã & cogitationẽ locabo. Hac in re cura atq; meus mea versabitur. Conferã huc omnes meas vires, mea studia, Curam, industriam, operam. Studiô contendã quàm licet maximo. Saluti tuæ non consulis, non prospicis. Solutus sum & omni cura vacuus. Muneris tui curam gere. E mediis curarũ umbris emersit. Nihil mea refert. Discrutiant animũ curæ. Noctes atq; dies nihil aliud agis, nisi ut aliena recte fiant. Cura assidua, maxima difficilis, summa *Sent*: Nihil est quod non arte curâque si non potest vinci mitigetur *Plin*: *Simil*: Sicut à fonte rivus, ita à morum svavitate cura pauperũ fluit.

Curiositas. *Adj*: Periculosa, propudiosa, turpis, supervacanea Importuna solicita. *Phr*: Curiosa rerũ inconditarum indagatio. Vana sciendi cupiditas. Curiosus. nimiũ in quærẽdo diligens. Malorũ alienorũ observator curiosissimus & taxator acerrimus. Qui novarũ rerũ spectaculis inhiat, plus viæ quam vitæ habet. Euclides olim multa interoganti de Diis percommodè respondit: cætera quidem nescio at curiosos illis odio esse certe scio. *Sent*: Curiositas cor seducit *S. Bonav*: Magnũ malum est curiositas *Hugo*: Multo facilius invenit siderũ conditorẽ humilis pietas, quã siderũ ordinẽ superba curiositas. *S. Aug*: In-

qui

quirenti curioſius Afro quid ante mundi creationē feciſſet DEUS? Reſpondit *D. Aug: Curioſis parabat infernum. Simil:* Ut ij qui in ſolem acrius defigunt oculos eos amittunt, ſic mentis omne lumen qui eam intendunt in arcana Dei. *Lipſ:*

Currere. Syn: feſtinare, properare advolare, fugere. *Phr:* Rapido curſu ferri: Curſando totum hunc diem contrivi. Illuc appropero contento curſu. Curſus, aſſiduus, celerior, Immoderatus, Rectus, otioſus, reliquꝰ, ſimillimus totius vitæ.

D. D. D.

D*amnare. Syn:* Improbare, convincere. *adv:* inique, palam, voce omnium. *Phr:* Condemnare rei capitalis; addicere ultimo ſupplicio, ad triremes damnare. Alicui mulctā irrogare, addicere, cruciatibus æternis.

Damnum. Syn: Pernicies, clades, detrimētum, jactura, diſpendium incōmodū malum. *adj:* Maximum, novū, quæſtuoſum, irreparabile, inopinum, intollerabile. *Phr:* Contrahere damnū, cladem, detrimentū capere, accipere. Vide ne quid detrimenti Reſpublica

capiat, Si quid damni contraxeris resarciam. Alicui perniciosus, nocens, damnũ afferens. Gravi tibi hoc erit exitio. In hoc gravem facies jacturã. Naufragium feci rei familiaris. *Sent*: Damna parva nonnunquã magni lucri sunt causa *S. Greg*: Quantũ ad peccati rationẽ pertinet, nocuit, qui nocere disposuit. *S. Hier*: Damnorũ nostrorũ Patroni diligentissimi sumus. *Nier*: Damnatũ simulatũ æquivavalet binis malis *Idem. Simil*: Urtica sine aculeis adurit ac vulnerat solâ lanugine, ita quidam non apertâ vi, sed clancùlum nocent. *Erasm*:

Debilis Phr: Dolor me debilitat, includitq́; vocem. Enervatũ ac effætum corpus. Nulla est tanta vis, quæ non debilitari ac frangi possit.

Debitum. Phr: æs alienum. Obstringere se ære alieno: Æs alienum dissolvere. Rem creditori solvere. Ære alieno opprimi. Æs alienũ luere. Solvendo non sum. Debitorũ mole prægravatus est.

Dedicare librum. Phr: Alicui librũ nuncupare. Patere obsecro tui celeberrimi Nominis titulum, operi meo veluti facẽ quandã prælucere. Unice rogo, ut libellũ hunc veluti observantiæ & grati animi indicem atq́; interpretem, benevole suscipias, Hunc qualemcunq́; laborẽ in tuã potissimũ gratiã susceptũ, cum a doctis quibusdã probari tibi etiam opti-

ptimarũ honeſtiſſimarũq́; artiũ imprimis ſtudioſo non diſplicere intellexi, illũq́; Tui Nominis felici auſpicio ad aliorũ usũ in publicũ emittere volui.

Defendere. Protegere, propugnare, adeſſe, tueri, cuſtodire. *adv:* Accuratè, prudentiſſimè, ornatiſſimè, diu multũq́; magnopere, feliciter, communi ſtudio, nimium, præclarè, precario, vehementer. *Phr:* Cauſam alicujus ſuſcipere. Aliquẽ prohibere ab injuria. Injuriam ab aliquo propulſare. Alicujus partes ſequi. Patriæ cõmoda propugnavit. Patriæ acerrimus defenſor. Vires omnes ad Patriæ ſalutem contulit. Tuæ cauſæ Patrocinĩu & defenſionẽ arripiã. De tuis unus ero. Me de tuis unũ habe. Me tuũ numera. Mea omnia ſtudia tuam ad Dignitatem conferam. Prohibuit Rempublicã á periculo, Plus animi eſt inferenti periculũ, quã propulſanti. Hæc Reipublicæ peſtis paulatim reprimi poteſt. Huic malo Reſpublica proſpexit.

Defenſio. Syn: Propugnatio, Patrociniũ, tutela, præſidiũ, adjumentũ adminiculũ. *adj:* Repentina, ſumma, cõmoda, magnifica, perniciosa, præſens, perpetua, intima, facilis & prompta, ingenioſa, iniqua laudabilis, opportuna, perdita, repentina. *Phr:* Aliquid opis; ſatis præſidii. Pauxillum laxamenti. Cõfidere adjumentis. Niti fide vel præſidio alicujus.

Defi.

Deficere. Syn: Deflectere, declinare, degenerare, desciscere, discedere, abire. *Phr*: A Fide, à Republica deficere. A veritate deflectere. Declinare à proposito.

Definire. Adver. presse, uberius, probè, accommodè. *Phr*: Quid aliquid sit constituere; definiendo, aperire, exponere, declarare.

Deformis. Syn: Turpis, teter, squalidus, indecorus, luridus. *Phr*: Ornamentis omnibus spoliatus, Conquisitis deformatus vitiis. Notabili vultûs fæditate: Qui conspectu horridus, squalore, confectus, totius corporis habitu sub monstrosa larva hominem mentitur.

Delectare. Syn: Recreare reficere. *adv*: Admodum diutius, humaniter, mire, vehemēter. *Phr*: Oblectamento delinire, oblectatione perfundere, Voluptatem afferre, creare, parere. Jucundissimo sensu voluptatis afficere. His ego verbis pascor, his perfruor. In delitiis habere.

Delectatio. Syn: Jucunditas, oblectamentū. *Adj*: Aliena, desidiosa, levissima, diuturna, summa; ingenua & digna sapiente, maxima, illicita, mira, perniciosa. *Phr*: Fructus jucunditatis. Aucupium delectationis. Invenias in quolibet genere vitæ, oblectamenta & remissiones. *Sent*: Placet delectatio, & pungit delictum. *S. Anton*: Non relinquitur sine dolore

lore, quod cum delectatione retinetur. *S. August*: Præteriit quod delectabat, permansit, quod pungat. *Idem.* Abominatio est ante Deum omnis carnalis delectatio *Anon*: Nihil me præter conscientiã delectabit. *Cic*:

Denegare. Syn: abnuere detrectare, recusare, aspernari, renuere. *Phr:* Hanc mihi gratiam sine recusatione (ut spero) tribues. Nihil tibi à me postulanti recusabo. In hoc repulsam passus sum, tuli accepi.

Desiderare Syn: Requirere, sitire, quærere, cupere. *adv*: Magnopere maximè paulisper, prorsus, plané. *Phr*: Desiderio vel studio alicujus rei teneri. Hæc dies noctesq; desiderantem expectatio ipsa premebat animũ. Valde a veo scire quid agas. Summũ me eorum studium cæpit. Votorũ summã adeptus sum. Magnũ me tenet tui videndi desideriũ *Sent*: Etiam quod tempore acceleratur, desiderio tardũ videtur *S. August*: *Simil*: Sicut bona valetudo jucundior est iis, qui è gravi morbo liberati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt: Sic omnia desiderata magis quam assiduè percepta delectant. *Cicer*:

Detrahere. Phr: Alicui obtrectare; famam alicuius inimico & maledico dente carpere Contumeliis lacerare. Contexere in aliquem crimen. Sinistros rumores de aliquo spargere. Infamiæ notam inurere. Famam denigrare, *Sent.* Detractores Deo odibiles. *Rom*: 1.

De-

Detractione patientia nostra probatur. *S. Aug:* Deferebatur ad Sigismundum Jmperatorem, Germanos passim obloqui, & honori suo detrahere; qui subridens, *Anne* (ait) *Vobis grave videtur, illos male de nobis loqui, cum nos male agamus ? Æn: Sylv:* Detractor & libens auditor Diabolũ portant in lingva *S. Aug: Sim:* Ut noctuæ Aves inauspicatæ, noctu gementes mortalium invident quieti; Ita virulenta lingva semper aliquid spargit, quo concordiam hominum disturbet. *Plin:*

Devotio. Syn: Pietas, Religio. *adj:* Tenera maxima, insignis, spectata, Deo accepta. *Phr:* Ardens devotionis flamma. Fervor bonæ voluntatis. Pietatis summus cultor. Insigni in Deum Pietate præditus. Pietatẽ colere. Divino cultui mancipatus. Te tuaq; omnia ad Deum refers. Nihil non pie, nihil non cogitas cũ Religione conjunctũ.

DEVS vel Numen, superi. Deus Immortalis, *Phr:* Æterni Numinis suprema Majestas. Rerũ omniũ opifex. Cuius nutu regũtur omnia, cujus Providentia temperantur & gubernantur. Facilis in preces, fortis in tutelam *Sent.* Deus verus, non debet coli falsa vitâ. *Nierem:* Quidquid præter Deum est, dulce non est. *S. Aug:* Non est quod fugias à Deo irato, nisi ad Deum placatũ. *Idem.*

Dialectica. adj: Arguta, fallax, subtilis solers. *Phr:* Differendi ratio & scientia. Disce-

ptatrix & Judex veri ac falsi , multa in ex cogitandis argumentis. Oratio, ratione conclusa. Ad artificii veternosissimi nodos cuncta redigens. Dialecticæ artis Magister. Cum in aliis rebus, tum studiosissime in dialectica versatus.

Dicere. Syn: Narrare, proferre, commemorare, pronuntiare exponere memorare *adv*: Congruenter, explicatè, copiosè, ornatè, enucleatè, definitè, exquisité, apertissimè , graviter, inconsultè , luculente, summatim acerbius *Phr*: Sermonem facere. Dicam quæ mihi sunt in promptu. Explicabo vobis mẽ- tem meã. Ad ea quid habes, quod respondeas, opponas, obiicias ? Adversus ea quid respondes ? Temere effutiit.

Difficilis Syn: Laboriosus, operosus, arduus molestus. *Phr*: Res est laboriosa habens multũ difficultatis & laboris. Non parvi negotii. Res ea est in qua sudandũ, multũ operæ ponendũ non leviter laborandũ sit. Industriæ plurimũ adhibendũ. Curã ac diligentiam non mediocrẽ postulat. Res est difficilis factu. Si ad rerũ humanarũ eventus cõsiderandos animũ instituerit. Neq; enim Gubernator ille magnopere laudandus est, cujus ducta navis longe ab infamibus scopulis, nullis depugnata turbinibus, nullis quassata procellis, obsecundante fortunâ adulante flatu labente cursu lætante comitatu ad portũ

se-

securū pervenerit. Neq; Viator, qui per apertam planitiem nullis sentibus interclusam, nullis fluviorum anfractibus impeditam, nullis decursibus lubricam nullis saxetis asperam sine prolabsione cursitarit. Neq; Imperatòr, qui nullis obsistentibus hostibus, in urbem nullis fossis cinctam, nullis propugnaculis munitam intraverit. Neq; Medicus qui ægrotum levi febricula tentatū sine cunctatione sanaverit. Aut Orator, qui causam nullis difficultatibus innodatā nullis implicatā tricis, faventibus Judicibus evolverit. Sed is laudatur Gubernator, qui in cæcis nubibus & procellis, cum strident funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt navem inter undas dirè frementes fluctuantem ad portū tandem subduxerit. Is Viator, qui inter scopulos & saxa perreptans, inter rugientiū fremitus belluarum inter latronū insidias nihilominus magnâ celeritate se receperit. Is Jmperator, qui non minus cum fortuna quám cum hostibus luctatus, inter armorū tumultus, ferro ruperit viam per hostes. Is Medicus, qui naturæ viribus propemodū exhaustis, ægrū depositū tantum non ex ipsius orci faucibus evocârit. Orator qui causam per se obscuram illustravit dicendo &c:

Difficultas. adj: Incredibilis, summa, tanta. *Phr*: Res intricatissima. In maximas difficultates adductus. Magnis difficultatibus af-

fici. Eſt illud difficultatis caput. In eo potiſſimũ difficultas conſiſtit. Perruptâ difficultate ad negotiũ viam patefacere. *Simil*: Ut roſa flos unus omnium longe gratiſſimus, de ſpinis naſcitur, ſic è triſtibus & aſperis laboribus, fructus capitur dulciſſimus. *Eraſm:* Ut quod majori negotio Chalybi aut Marmori inſculpſeris, durat diutius; ita quod majori ſtudio diſcimus nunquam obliviſcimur. *Idem.*

Dignitas. Syn: honor, ornamentũ, decus, ſplendor. *adj*: Ampliſſima, eximia, ſumma, excellens, maxima præſtans. *Phr*: Honoris amplitudo, Honorum præmia, Jlluſtribus honorum titulis decorari, ornari, inſigniri. Ad ampliſſimos evectus honores. *Vide Munus.*

Diligens. Syn: Promptus, impiger, accuratus, ſedulus, aſſiduus, ſolicitus, gnavus, induſtrius. *Phr*: In agendo celer. Omni Officii genere diligentiſſimus. In agendis minime, incurioſus. Vir ſummæ induſtriæ. Vigilabat excogitabat, lucubrabat, plùs olei quàm vini conſumens. Omnia ſecum ipſe meditans. Vigilant, ſudant, laborant, contendunt.

Diligentia. Syn: Aſſiduitas, ſedulitas, ſolitudo, ſtudium, celeritas. *adj*: accuratiſſima, ſingularis, moleſta, incredibilis, ſumma non mediocris, nimia, privata. *Phr*: Hæc acrẽ curam, diligentiamq́; deſiderant. Quibus præcipua cura rerum incumbit. Mihi in labore

per-

perficiendo industria non deerit. Qui omne suum studium in doctrina & Sapientia collocarunt. Multo diligentius, studiosius; expeditè. Omni animi, corporisq; contentione. Elaborate; ad amussim; ad ungvem. Ad aliquid singularem conferre diligentiam. Impigrum se præbere. Studiosum & acrem se præstare. expedite rem exequi. Summo studio summa vi contendere, eniti. Nihil mihi priús erit, nihil antiquius. Eò spectabit potissimũ animus. Quantum conniti animo potero. Solicite agam mente & animo insistam. Nihil inexpertũ omittã. Tollunt de medio impedimenta omnia, molestias exsorbent, superant labores, vincunt expugnantq; difficultates omnes. *Sent*: Cum omniũ rerũ velocissima fortuna sit præcurrit illã diligentia. Diligentiæ ipsa servit Fortuna. *Nierembergius*. Quis amaras radices amputat qui lætari vult in fructu ? Unus illi hostis est, qui & virtuti otiũ. *Anon*:

Diluvium. *Syn*: Jnundatio. Cataclysmus. *adj*: Universale, horrendum, maximum, subitum. *Phr*: Jlla scelerũ vindex atq; ut ita dicam piacularis eluvies & inundatio terrarũ. Superne cœlum torrentes jaculabatur; Inferne terra abyssos relaxabat; Jntumescunt undiq; fatales aquæ, affluunt impetu ; defluunt rapiditate ; superfluunt tumore; circumfluunt vastitate.

Discere Syn: Percipere, condiscere, comprehendere. *adv*: Aliunde diutius, facilè, præclarè, studiosè. *Phr*: Hoc ab experientia, didici. Ad hujus rei cognitionem perveni experientia Duce. Viam mihi ad cognitionē usus aperuit. Id famâ & auditione accepi. Id cursim arripui.

Disciplina Syn: Institutum, ratio, ars mos, consvetudo. *adj*: Acerrima, optima, severissima, antiqua, nova, certa, clarissima domestica; ad inveniendum expedita, multa; nostris rebus non apta, severa, præclara, gravissima, indocilis vertus, perfacilis, præstans, Sanctissima, vulgaris. *Phr*: Vitam dirigere ad rationis disciplinam. Actiones, vitamq; universam ex disciplinæ regula componere. Disciplina vinculum est, per quod Respublica cohæret firmiter, cohæret tenaciter, sine quo illa nihil nisi onus est, nihil nisi præda est. Claudicat in officio suo animus noster, nisi regatur hâc disciplinæ vigilantisq; Præceptoris libellâ *Sent*: Qui diligit disciplinā, diligit scientiam. *Prov*: 12. Disciplina cervicem submittit, ponit supercilia, componit vultum ligat oculos cachinnos cohibet, moderatur lingvam, frænat gulam, sedat iram, format incessum. *S*: *Bern*: *Sim*: Sicut aquila retrahit alas, ut melius extendat, sic interdū remittenda & tēperanda est disciplina, ut postea convalescat.

Disci-

Discipulus. Syn: Auditor, Tyro. *Adj:* Diligens, sedulus, studiosus, bene institutus, discendo habilis, ad præcepta capax. *Phr:* Se in disciplinam tradere. Literis operam dare. Aliquem in album discipulorũ referre. Adolescentes ei in disciplinam traditi. Majorum imbibistis mores. Ingressi estis viam Majorũ illustribus consignatam vestigiis. Dotes animi tam præclaras celebrate; ut sitis Religione pii, literis eruditi, moribus politi, doctrina elegantes, vobis honori, Parentibus voluptati, gaudio propinquis, amicis usui, Patriæ emolumento. *Sent:* Discipulorum virtus Magistro plus ornamenti atq; commendationis affert, quam ulla Epistola *S: Chrysost:* Magistro magnam facit injuriam, qui se Discipulum ejus fatetur, cujus non sequitur institutum. *S. Chrysol:* Discipulorũ salus, præmium Magistrorum est *S. Hier:*

Discordia. Syn: Dissidium, rixa, jurgium, controversia, dissensio, disjunctio, discrepantia. *Adj:* Maxima, perniciosa, stulta, tacita, domestica, diuturna, inveterata. *Phr:* Disjunctio animorũ; Varietas in animis. Vetustis odiis nutritum dissidium. Inter quos graves contentiones intercedunt. Inter se maxime dissentiunt, dissident. Dissidiũ in dies gliscit. Amicorũ Societatem vel animorũ conjunctionem dirimere. Lites contentionesq; inter amicos serere. Diversæ voluntates Ci-

vium

vium fuerunt, distractæq; sententiæ. *Sent:* Semper jurgia quærit malus. *Prov* 17. Omne Regnum in se divisum desolabitur *Matt:* 12 Quisquis corpus affligit, sed concordiam deserit, Deum quidẽ laudat in tympano, sed non laudat in choro. *S. Hieron:* Sicut nihil est pretiosius Deo virtute dilectionis, ita nihil est desiderabilius diabolo extinctione charitatis. *S. Greg:* Par Dignitas causa discordiæ. *Ennod: Simil:* Ut macula statim est eluenda, ne inhærescat & difficilius eximatur, ita dissensio. Fratrum illico tollenda, ne gignat odium.

Disputare. Syn: Disceptare, differere, decertare, contendere, dimicare. *adv:* Acutè, diligenter, accuratè, exquisitè, captiosé, argutissimè, facete, enucleatè, jejunè, fusius, insolenter, inscité, lenius, Subtilius. *Phr:* Rationibus agere instituere disputationem. Vocare aliquid in controversiam. Judicio aut armis rem suam vindicare, experiri. Crebro mutuoq; conflictu se se exercere. De Nomine & vocabulo controversiam struis. Ratiocinationes contexere, & id quod probandũ est, acutè circumscripta conclusione conficere. Provocatus in arenam. Semper inter gloriã stetit, decerpta monumento, breviq, assultu laurea. Disputatio subtilis ad similitudinem veritatis propensior. Quidquid potest in Disputationem cadere; in quæstionẽ venire, in contentionem vocari.

Dives

Dives. Syn: Opulentus, locuples. *Phr*: Divitiis affluis. Omnibus fortunæ muneribus egregie instructus. Ampla tibi res est. Opibus præstas excellis Nihil requiris eorum quæ beatam vitã efficiunt. Maximum in te fortunæ cũ Virtute certamen est. Corporis & Fortunæ bona in te natura ampliter congessit Floret opibus. Viderat affluentes in unius viraginis obsequium opes, cœlo turgentia in famulatum palatia; externa in parietibus marmora, peregrina in laquearibus maria, orientales in trabibus Sylvas, occidentis superbiam in argento, dalmaticos in auro Mõtes, omnẽ in gemmis Erythræi maris apparatum. *Sent*. Divites veluti obesi boves e reculis pauperum tanquã é pascuis pingvescũt. *D. exellius*.

Divitiæ. Adj: Ingentes, inanes, opportunæ, amplissimæ, firmissimæ, pristinæ Opum affluentia. Divitiarũ Splendor Facultates rerum. Diuturna divitiarum possessio. Opes inexhaustæ *Sent*. Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia *Eccl*: 13. Nihil miserius quam propter Nummos Deum contemnere, *S. Hier*: Bona vis habere, & tu bonus esse non vis *S. Augustinus*. Veræ divitiæ non opes sunt, sed virtutes. *S. Bern*; Nemo alius est Deo dignus, quam qui opes contẽpsit *Senec*: Patet satis maximum opprobriũ divitiarũ, illas alimenta vitiorum esse voluptatũ

or-

organū, libertatē peccandi, clavem auream ſcelerū. *Nieremb*: *Simil*: Non faciunt equum meliorē aurea fræna, nec hominē meliorem fortunæ ornamenta. *Seneca.*

Docere. *Syn*: Inſtituere, erudire, informare. *adv*: Diligenter, dilucidè, fideliter, inepte, laborioſius, potiſſimū. *Phr*: Præcepta dare, diſciplinā tradere artibꝰ inſtituere, informare Xſtus nos doctrinæ ſuæ vitali pabulo ſaginavit. Cur aut diſcere turpe eſt, quod ſcire honeſtū eſt; aut quod noſſe pulcherrimū eſt id non glorioſum docere. *Cicero*.

Doctor. *adj*: Inſignis, peritus, celeberrimus, moroſus, ſeverus, gravis. *Phr*: Scientiæ aut artis alicujus Magiſtrū exercens. Doctoris gradū nanciſci. In Doctorum Ordinē vel Collegium adoptari, legi, adſciſi. Doctoris prærogativa donari. Doctoris titulus & Jus. *Sent*: Beatus qui enarrat Juſtitiam auri audienti. *Eccl*: 26. Quæ noſti ſine arrogantia poſtulanti imperties: quæ neſcis ſine occultatione ignorantiæ tibi poſtula impertiri. *Seneca*:

Doctrina. *Syn*: Eruditio, diſciplina, inſtitutio, literæ, literatura. *adj*: Abundans liberaliſſima, reliqua, elegans, exquiſita, eximia liberalis ingenua, politiſſima adventitia, vulgaris, liberalis, digna homine nobili, optima, uberior. *Phr*: Doctrina morū Dux eſt in hoc conſtituta, ut omnia quæ in nobis ſunt

ex

ex ratione moderetur. *Jſid: Peluſ:* Literis leviter tinctus eſt vix a limine Muſas ſalutavit: Literas primis labris vix deguſtavit *Sent.* Non ſunt radices eruditionis dulces, ſed amaræ fructum autem germinant favis ſvaviorem *S. Greg: Nazyan:* Sine Deo nulla doctrina inſtruit. *S. Auguſt: Simil:* Ut è diverſis vocibus conſtat chorus, ita variarũ diſciplinarũ matura conſtat eruditio. *Sent:* Ut laur9 tota viret perpetuo, ita doctrinæ fama non ſe neſcit neq; marceſcit. *Plin:*

Doctus. Syn: Eruditus, literatus, intelligens, ſcientiſſimus, peritus. *Phr:* Vir ingenii politiſſimi literiſq; apprime excultus. Gnarus omnis artis & diſciplinæ. Humanis literis excultus. Cultioris literaturæ conſultiſſimus. In omni doctrinæ genere verſatus. Aſſiduus literarũ cultor. Tantum in literis fecit progreſſum, ut cunctos ferme qui doctrinâ claru erunt, meruerit habere laudatores. Summæ virtuti literarum eruditionem adjunxit. Literas pacis alumnas ab injuria & indignatione vindicaſti. Dicta tua doctiſſimũ eſſe teſtãtur, facta humaniſſimũ. Homo multa exercitatus lectione. Bonarum literarum ac lingvarũ præſidiis inſtructus, Eruditionis atq; doctrinæ non ventoſam venatus eſt laudem, ſed cognitionis ſolidæ ſibi uſum ac fructum acquiſivit. Qui capeſſendæ regendæq; Reipublicæ com paratam habet artem, curandæ familiæ perſpe-

ſpectam diſciplinam, antiquitatis explorata monumenta. Cujus incredibile ingenium, tanquam flamma quædã aut fax publica e Cœlo delapsa artes omnes & diſciplinas illuſtravit. Amentis eſt teſſera odiſſe doctos. *Nieremb:*

Dolere. Syn: Gemere, quæri, mærere, angi. *adv:* Graviter, impune, levius, acriùs, mirifice, pluſquam ſatis. *Phr:* Ægrè ferre. Iniquo animo tolerare. Et tu in hoc ulcere tanquam ungvis exiſteres. Ejus obitus mihi mærorem creavit acerbiſſimũ; maximã acerbitatem mihi peperit. Tuam doleo vicẽ. Tuum caſum, luctumq; doleo. Non queo ſatis tuum eventum fortunamq; miſereri. Lachrymas mihi excuſſiſti. Dolebam ac vehementer angebar ob tuas injurias. Qui meum caſum luctumq; doluerunt. Hinc oriunda omnis malorũ meorum ſeries.

Dolor. Syn: Mæror, acerbitas, cruciatus. *adj:* Acerbus, minimus, intolerabilis, maximus, apertus, moleſtus, inteſtinus, præteritus præcipuus, diuturnus, incredibilis, perpetuus, ſummus *Phr:* Diſtractio, cruciatusq; mẽbrorum. Cum quaſi faces doloris ei admoverentur. Acerrimus doloris morſus. Quæ res forſitan ſit refricatura vulnus meum *Sent:* Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat ac emolliat. *Cic:* Eſt quædã etiam dolendi voluptas, præſertim ſi in amici ſinu

ſinu defleas, apud quem lachrymis Tuis vel lava ſit parata. *Plin*: Mitigat vim doloris, conſiderata æquitas ferientis. *S. Greg*: Turpiſſimum eſt in homine Prudente remedium mæroris. *Sent*: Animo dolenti nihil oportet credere, etiam innocentes cogit mentiri dolor. *Idem*.

Domus. *Syn*: Ædes, Domicilium, tectum; *Adj*: Æterna referta donis & plena Dignitatis, Regia, operoſa, popularis, miniſtra alicujus facinoris cõmunis, pudica, inſtructior & apparatior, plena ornamentorũ, venalis, vacua ſuperſtitione, Religionis, vetus. *Phr*: Diſpertitis regionibus diſtincta Domus ædes voluptuariæ Domus ad amænitatem voluptatemq; conſtructa. Jlluſtre lautiſſimumq́; habet Domicilium. *Sent*: Terreni parietes iis, qui cum virtute vitã tranſigunt circumdati, nihil adferunt commodi *S. Greg*: *Vide ædes ædificium*.

Donare. *Syn*: Tribuere, largiri, concedere, impertiri, tradere, erogare, exhibere, deferre, ſubminiſtrare præbere, ſuppeditare. *adv*: Plurimum, cumulate, libentiſſimè, gratis, ultro, ſigillatim, clam, liberaliter, amplius moderate. *Phr*. Aliquid dono dare. Donum imperti. ri. Munus tribuere largiri. Aliquem munerari. Jn aliquẽ munus conferre. In aliquẽ cõgerere munera. Tenuia ſunt quæ donant? pro magnis habe, Quid quid à magna manu venit nomen vult referre magnum. *Do*

Donum. *Syn*: Munus, munusculum, præmium. *adj*: Dignum, eximium, pulcherrimũ, magnificentissimum, exile, obscurum, vile, amplissimũ, honorificũ, acceptũ, præclarũ. Munera utilitate magna, nobilitate prima, ipso genere præclara. Venena etiam & ferrũ licet in Patriam & Parentes mitescit & clementiæ nomen sortitur, si novus Jupiter novo ludat & pluat auro. *Sent*: Si munera quæris non amas; incorrupti sunt enim amores & amantes tales efficiunt, si igitur amas dare tibi quam accipere promptius est. *Simocatta*. Munera excæcant oculos Judicum, & vim authoritatis inclinant. *S. Ambr*: Ante Dei oculos nunquam est vacua manus à munere si arca cordis plena sit bonâ voluntate. *S. Greg*: Generosis animis insitum est beneficia sua amare *Lips*: Omnia dona, testimonia & authoramenta amoris sunt. *Nieremb*: *Simil*: Ut bilanx in eam vergit partem, unde plus accepit. Sic quidam nunc huic, nunc illi favent, qui plurimùm det, non cujus causa sit optima. *Erasm*: Sicut Parentes magis magisq; in dies veneramur & amamus, fratres & si æquales levius: ita beneficia antiqua Sanctiora sunt, & si præsentia svaviora. *Lips*:

Dormire. *Syn*: Dormitare, stertere, *Phr*: Somnũ capere. Quieti se tradere. Gravi somno premi. Altum dormire. Somno liberalius indulgere. Ad multam diem vel lucem

dormire. Placidiſſime dormire. Somnum dormire placidiſſimum. Parco & brevi ſomno uti Totâ nocte ſomnum capere non potui In ſomnis pernoctavi. Somno vacuam exegi noctẽ. Qui dormiunt libenter, ſine lucro & cũ malo quieſcunt. *Plaut*: Oculis ejus obrepſit ſomnus.

Dubitare Syn: Hærere ambigere, nutare, fluctuare. *adv*: diu multumq́; diutius rectè. *Phr*: Venire in dubium. Aliquid in dubiũ vocare. In dubio ponere! Mihi ipſe diffido. Nunquã mihi venit in mentem, Pro comperto habui. Exploratum habui. Omnem dubitationem ſuſtuliſti. Nullum mihi reliquiſti dubitandi locum. Hoc extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt. Dubio procul; indubitanter. Omnes qui aderant, intelligere poſſent, in animo ejus metum cupiditatemq́; pugnare. Per ea quæ certa & confeſſa ſunt de dubiis judicandũ eſt non autẽ per dubia ambigua de certis & indubitatis. *Iſid*: *Peluſ*:

Duellum. *Syn*: Certamen, pugna. *adj*: Rabidum, cruentum, inſanum, furioſum. *Phr*: Certamen ſingulare. Ad ſingulare certamen provocatio. ad Singulare certamen congredi, dimicare manus conſerere.

Durus. *Syn*: Crudelis, aſper, immiſericors, inhumanus, incultus, horridus, agreſtis, ferreus, ſeverus, acerbus, inexorabilis. *Phr*: Omnis humanitatis expers. Cui pectus furoribus

ribus expletum. Cæcus ad generis ſplendorē, ſurdus ad Majorum præconia, ſcopulus ad preces, pumex ad lachrymas, cadaver ad promiſſa, ventus ad minas. Moroſus & difficilis. Qui oculis & fronte horrorem verbis addit. *Vide. Crudelis inhumanus.*

E. E. E.

E*Brietas. Syn*: Crapula, temulentia. *adj:* Turpis, fæda, amens, inſana, veſana, infamis exitioſa pernitioſa. *Phr* Corroborata longo uſu insana perpotandi cupiditas, altioresq́; egerat in ejus animo radices turpiſſima conſvetudo quam ut evelli ratione ullâ aut pudore poſſet. Ebrietas (verba S. Auguſtini) eſt flagitiorum omnium Mater culparumq́; materia, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, ſubverſio ſenſus, tempeſtas lingvæ, procella corporis, naufragium caſtitatis, amiſſio temporis turpitudo morū honeſtatis infamia, animæ corruptela. *Sent*: Tumultuoſa ebrietas. *Prov*: 20. Nullum ſecretum eſt, ubi regnat ebrietas *Prov:* 31. Vita his omnium eſt, ſomnus his mors eſt *S. Ambr:* Ne

Ne inducas ebrietatem Matrem ægritudinis lætitiam diaboli, quæ mala parit innumerabilia *S. Chryſoſt*: Ubi regnat ebrietas, ratio exulat, intellectus obtunditur, conſilia deviant, judicia ſubvertuntur. *Petr*: *Rav*: *Simil*: Jgnavi canes apud menſas audent, in venatu minimè: ſic ignominioſum eſt, cum ſobrius loqui liberè non audeas inter pocula id facere. *Plut*. Muſcæ & alia nonnulla inſecta ſuctu vivunt, ideoq; eis pro lingva eſt fiſtula, ita quoſdam videas bibones, qui potu vivant, a cibo abhorreant. *Eraſm*:

Ebrius. *Phr*: Vino onuſtus, langvidus, plenus, confectus planè merſus, Immoderato onuſtus potu. Vino totus madens. Vini intemperantiſſimus. Mero incaleſcens. Gurges helluoq; vini. Ampulla bibacior. Ebrietatis nota infamis. In vinum effuſus. AſſiduumPotatorem agit. Aſſiduè potat, pergræcatur. Vino ventrem diſtendere. Vino mentem ſepelire. Perpetuò temulentus. Vos bibulæ Bachi ſpongiæ; vino madidi utres. Homo mente titubans, oculis lippus, lingvâ balbutiens, voce ceſpitans, pallidus ore, fætens halitu, ſtertens dormiens. *Deſcriptio ebrioſorum*. Jam nituntur ſupremis pedum digitis, & præponderant proni; jam innituntur extremis plantis & prægravant ſupini. Jam inclinantur ad dextram, & ejecta læva adhuc emendant æquilibrium; jam curvantur ad lævam & projectâ

dexterâ adhuc evitant caſum. Jam vacilllant antrorſum, jam titubant retrorſum, jam labuntur dextrorſum. jam relabuntur lævorſum; non ſtat pes, non conſtat ratio, circumvolant in gyrum, & procumbit humi bos*Sen.* Rogas ad jucunditatem. cogis ad mortem, invitas ad prandium, efferre vis ad ſepulchrũ Quid quid nocet, venenum eſt; tollit ſenſus viſcera exurit, ſomnum infert caput vexat *S. Ambroſ:*

Eccleſia adj: Univerſalis Catholica, Romana, Chriſti Sangvine redempta. *Phr:* Chriſtianorum cætus, Catholicæ Eccleſiæ Dignitas tot Sanctorum hominum ſententiis fulta, tot ſæculorum ſpatiis confirmata, tot Conciliorum exemplis ſtabilita. Cujus Fides Chriſti promiſſione firmata. Incredibilis eſt penitus in tanta perturbatione Ordo, mirabilis in tanta varietate ſimilitudo, ſingularis in tanta diſcretione conjunctio: quod nullum errorem varietas afferat, nullam perturbationem multitudo, nullam diſſimilitudinem diſcretio; quoniam conſtituitur varietate diſtinctio, ordo multitudine, & certâ diſſimilitudine ipſa conjunctio. *Sentent:* Tunc Sancta Eccleſia valentius in veritate reficitur, cùm ardentius pro veritate fatigatur. *S. Gregor:* Authoritas Eccleſiaſtica in omnibus magis imitanda eſt quam ratio; Authoritas ſemper obedientiæ & humilitatis eſt; ratio verò nonunquam præſumptionis. *Hugo.*

Echo. adj: Vocalis, reflexa, reditura, resonabilis. *Phr*: Vox repercusa, saxa & solitudines voci respondent. Jugis montium vastisq́; saltibus repercussus clamor. Montis anfractu repercussæ velut a tergo voces.

Eclipsis adj: Tristis, fatalis, funesta, feralis, infelix, atra, nigra. *Phr*: Solis & Lunæ defectus. Lunæ umbrâ solis lumen hebetatur, Durabat formido Cœlestis iræ, nec frustra adversus impios hebescere sidera. Luna visa langvescere.

Eleemosyna Syn: Stips, Misericordia, *adj*: Pia, larga, Christiana munifica, liberalis benefica *Phr*: Ostiatim stipem poscere, corrogare, conquirere, colligere; mendicare ostiatim. Manum ad stipem porrigere. Victum emendicare. Pauperibus stipem largiri. In egenos vel erga egenos, valde beneficus est, vel liberalis. Munificus & liberalis in Pauperes. Ad levandam egenorum inopiam propensus. Omnem felicitatis suæ fructum alienis se debere calamitatibus semper arbitrabatur. Nihil se magis possidere ratus, quam quod in suorum manus deposuisset. Liberalitatem suam intra suorum merita nunquam passus consistere. *Sentent*: Eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. *Tob*: 4. Conclude Eleemosynam in sinu Pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. *Eccl*: 29. Fieri omnino nequit ut

ea Domus quæ Pauperum miſeratione fundata ſit, mali quidpiam patiatur. *S. Chryſoſt*: In ventrem ac temulentiam & ganeam ſumptus faciens, nuſquam Paupertatis meminiſti, at cum ſublevanda cujuspiam Paupertas eſt, quovis egentior exiſtis. *Idem*. Quo plura erogo in Pauperes, eò plura ſemper & ſemper & majora à Deo recipio: *Joan*: *Eleem*: Fæcundus eſt ager Pauperum, citò reddit donantibus fructum *S. Aug*: *Simil*: Arbor et ſi largè floreat ſi tamen immoderatâ ſtringatur nebula, fructum omnem deſperari jubet; ita qui tunc maxime miſericors eſt, cum ſpectatores habet fructum operis perdit ex nebula favoris. *S. Greg*:

Eloquens vel facundus, diſertus. *Phr*: Quē eloquii mira gratia commendat. Eloquentia valet Eâ quâ valet Divinâ dicendi vi. Omnibus naturæ & doctrinæ præſidiis ad dicendū paratiſſimus. Nihil ejus eloquio terſius, nihil cultius, nihil caſtigatius. In verborum ſplendore elegans, compoſitione aptus, facultate copioſus.

Eloquentia vel eloquium, facundia. *adj* Accomodatior, admirabilis, excellens forenſis, popularis, artificioſa, perfecta, inanis quædam & puerilis, mediocris, incredibilis, præclara, mellita Divina. *Phr*: Dicendi ratio, copia, uſus. Summa dicendi facultas. Comes pacis ſociaq; otij. Doctæ fulmina lingvæ.

Ut

Ut hominis decus Ingenium, ſic ingenii ipſi-
us lumen eſt Eloquentia. Eloquentiam Re-
ginam animorum, temperatricem optimam
cupiditatum, legum Architectam, morum in-
ſtitutricem, cultricem ſvaviſſimam modera-
tricemq; Regnorum. Eloquentia quo velis,
poteris rapere: ad iram ad miſericordiam, ad
furorem impellere, ac pugnaciter incitare ar-
dentes flagrantesq; reſtingvere; frigidos ac
remiſſos additis veluti facibus inflammare;
ſpem metu retundere; odium amore compe-
ſcere; confidentia verecundiam temperare,
non ferro, non flammis, non ex aggeribus
propugnaculiſq; caſtrenſibus, ſed pro roſtris
atq; ſuggeſtu, non armis onuſtum ſed paca-
tum togatumq; ſed verbis, oratione, ſenten-
tiis, tantùm operis moliri, & victoriam omni-
um maximam pulcherrimamq; reportare. Quæ
ſuis ornamentis politur, ſuis locupletatur co-
piis, ſuis armatur præſidiis. Perfectâ eloquē-
tiâ eſt, qui dicendo flectit animos; flectendo
voluntatibus perſvadet. Quod eſt Deus in
mundo, animus in corpore, hoc eloquentia
in vita Civili. Etenim quid eſt, quod tuis
Viribus ſe opponat; an procax hominum in
omne nefas effuſiſſimorum protervia? at eam
reprimis. An effrænatæ cupiditates ac libidi-
nes? at eas frangis. An Juveniliter exultans
ſuperbia? at coërces. An audacia improborum
at cohibes. Flagitioſorum furores? at exar-
mas

mas &c: *Sent*: Eloquentia in homine pravo, eſt venenum in poculo aureo *S. Aug*: Jlle bene loquendi facundiam percipit, qui ſinum cordis per recte vivendi ſtudia extendit. *S. Greg*: Eloquentia Principibus maxime ornamento eſt. *Cic*: Eloquentia neq; adhuc ſe ulli ſic indulſit, ut tota contingeret: ſatis felix eſt, qui in aliquam ejus partem receptus eſt. *Sen*: *Simil*: Ut non ſatis eſt clavus, neq; frænum, niſi adſit qui arte moderetur; ita non ſufficit Eloquentia ad moderandum populum, niſi acceſſerit ſermonis moderatrix ratio. *Plutarch*:

Emere Syn: Mercari, parare, cōparare nundinari, licitari. *Adv*: æquabiliter, apertiſſime, carius, impunè, libentiús, meliùs, publicè. *Phr*: Pecuniam in aliqua re collocare. Aliquid pretio ſibi parare. Viliſſimò. emere. Numeratò emere. Pactus fuit, ut diſcedatur ab emptione. Emptio & venditio ſicut conſenſu contrahitur, ita contrario conſenſu reſolvitur. Aliquid impenſo parare pretio.

Epiſcopus Syn: Antiſtes, Præſul, Pontifex. *adj*: Irreprehenſibilis, eruditus, exemplaris, Sacer. *Phr*: Ad faſtigium Epiſcopatus evectus. Sacrorum Antiſtes. Obſervator & Cuſtos fidelis Dominici Gregis Dignitatem Epiſcopalem vitæ integritate exornavit. Populorum Paſtor, Sacrorum Princeps; Cuſtos Religionis. Omnia ſummo ſtudio facere, quæ ad boni

inculpatiq́; Præſulis officium pertinerent. Orbi ad exemplum, Reipublicæ ad amorem; Fidelibus ad venerationem; Prælatis ad æmulationem; Poſteris ad cultum; omnibus ad admirationem. *Sent*: Epiſcopus ex eo dicitur, quod omnes inſpiciat, cunctaq́; ſpeculetur. *S. Chryſoſt*: Verbo verius eſt, Epiſcopalẽ Dignitatem non tam grandis eſſe Nomen honoris quam oneris. *Lud*: *Epiſc*: *Toloſ*:

Epiſtola. *Syn*: Literæ, libelli, tabellæ *Adj*: Epiſtola puſilla, brevis, plena Conſilii ſummæq́; benevolentiæ, bella, gravis, plena rerũ, intempeſtiva, brevior, paulo gravior, liberior, plena feſtinationis & pulveris, modeſtior, jucundior, diſertiſſima, ſuperior, elegantiſſima, inanis, ponderoſa, pervulgata, plena bonæ ſpei, recentiſſima, plena querelarum, longiſſima, plena jucunditatis, verboſa, minimè digna, plena dignitatis & Officii, expectata, faceta atq́; elegans, frigida, amatoriè ſcripta, ſententiis plena, humaniſſima, impudentiſſima, plena probrorum, perbrevis, pergrata, perjucunda. Literæ plenæ novarum rerum, pleniſſimæ amoris, humanitatis, officij, refertiſſimæ officio, ſupervacaneæ. *Phr*: Faſciculus literarum. Animi fida internuntia. Lingvæ vicaria. Sermonis miniſtra fidelis. Volumen à te plenum querelæ iniquiſſimæ reddiderunt. Epiſtola gravè ſeriumq́; negotium non continet. Epiſtola plena feſti-

na-

nationis & pulveris. Fusissime scriptæ Literæ. Literas ad aliquem perscribere, Facere certiorem per literas. Ut id agerem adductus sum tuis literis. Binas accepi à te literas ambas eâdẽ die datas. Cum otij plusculum nactus fuero literas ad te mittam verbosiores, longiores, uberiores, non ita concisas. Fusior ero & copiosior in scribendo. Raras à te literas accipio. Officium literarum in te desidero. Infrequens es in officio scribendi. Calamo parcis. Crebrius vellem ad me perscriberes. Non habeo cui literas meas, tutò committam, concredam, tradam. Per literas tecum sæpissimè colloquar. Diem apponere. Obsignare literas, Sigillo munire. Literas complicare. Aperire literas. Legi tuam Epistolam verbis suis & concinnitate absolutam, *Sent:* Depone silentium, scribe nobis, & te in vivis adhuc manere declara *S. Basil:* Amantem vestri frequentibus colite muniis literarum, circa quæ studia pigrum esse, nec diligentem convenit, nec facundum. *Ennod:* Non tam Epistolæ prolixitate, quam benevolentiæ magnitudine amicorum charitatem amplificandam esse judico *Jul. Imp:* Scribendi oblivionem peperit res secunda. *Symm:*

Eques. adj. Spectatus, honestus, ornatissimꝰ, splendidus. *Phr:* Vir Ordinis Equestris. Fortis ac præsentis animi Vir. Equestri Dignitate clarus. In Equitum Ordinem adlectus, vel ad-

adſcitus, vel cooptatus eſt. Cui ad virtutem calcar generoſa ſubdit indoles. Ad metam gloriæ currit.

Siſte gradum bellator Eques, vel in urbe (moranti.
Ipſa tibi pulchrum gloria ſternit iter.

Equitare, vel Inequitare. *Phr:* In equo vehi. Urbem circumequitare, Equum conſcēdere, Citatis equis advolare. Equis vectabatur. Pernicitate equi profugus. Prolapſus equo. Equos concitatos calcaribus permiſit. Admoveri ſibi equum juſſit. Equum domare, agitare.

Equus Syn: Alacer, victor, nobilis, gracilentus generoſus, ad rem militarem aptus, pumilus, meritorius: fræni impatiens, meticuloſus, exiliens, ceſpitans, pleniore gradu incedens. Virtute & alacritate fortis. Phaleris inſignis. *Phr:* Equum calcaribus ſtimulare, urgere, incitare, impellere. In hoſtes equum incitare, agere; laxis habenis impellere. Citato equo illuc contendit. Equo aliquem inſectari. Equus omnem in partem flecti facilis. In equo quatuor ſpectanda ſunt. Color, forma, mentum, & pulchritudo.

Errare Syn: Labi, prolabi, offendere, deerrare, titubáre, impingere *adj:* Diutius, propemodum, valdè vehementer. *Phr:* Per errorem labi, errore duci; in errore verſari; Conſilio labi, errore capi, in culpa eſſe; flagitium admitte-

mittere; in pravitate perstare, aliqua in re à Religione officii declinare. Mentem implicatam erroribus In errorum fluctibus volutari. Longe devium iter a veritate tenuerunt. Quis est, qui aliquando non offendat, non incurrat, non labatur, in tam difficili lubricoq; rerum humanarum cursu. Quis ab offensione præstare sibi tutam vitam possit.

Error Syn: Erratum, falsa opinio, culpa. flagitium. *Adj*: Error communis, humanus, maximus, mediocris, summus, pernitiosus, turbulentus, longè latèq; diffusus *Phr*: Prava persvasio. Hic error & hæc in doctorum animis effusa caligo est. Civitas iniquissimo instincta errore. Quæ asseveratio plerosq; in maximum impingit errorem. *Sent*: Cujusvis hominis esse errare, nullius nisi insipientis in errore perseverare. *Cic*: Cogitationes posteriores, Sapientiores. *Idem* Optimus est portus pænitenti, mutatio Consilii *Idem* Ut solis defectus magnam mortalium perniciem trahit; ita Principis error etiam levis magnam in rebus humanis gignit perturbationem. *Erasm*. Bis in eundem lapidem impingere, dementibus solum tribuit paræmia *S. Gregor*: *Naz*: Qui errat in minimis, paulatim ad majora prolabitur *Ioan Sarisb*: *Vide culpa.*

Evangelium. *Adj*: Divinum, Sacrum. *Phr*: Divinæ veritatis æternum oraculum. Columna & firmamentum veritatis. Scientia Pi-

scato-

ſcatorum ſtultam fecit ſcientiam Philoſophorum.

Euchariſtia. Phr: Cæleſtes epulæ, eſca ſalutifera; ſacræ libamina Menſæ. Divino Pane recreari. Cæleſtibus epulis refici. Divinis epulis ſatiare animam. In amore nihil eſſe moræ; ſi appetitus torquet, ſi ſitis urit, ecce Cæna parata eſt *Sent.* Heu humanam cæcitatem! aurum cernimus & capimur, latentes Euchariſtiæ thæſauros, quia non conſideramꝯ ſpernimus. *Drexel:* Cœleſtis cibus immortalis alimonia, Divina ſaturitas. *S. Cypr:*

Examinare Syn: Perpendere, ponderare, excutere, diſcutere exquirere *adv:* Diligenter, penſiculatius. *Phr:* Ad calculum revocare, ad diſciplinæ præcepta perpendere. Judex non ſolum quid poſſit ſed etiam quid deceat ponderare debet. Circumſpectis rebus omnibus rationibusq́; ſubductis. Quæſtionem excutere expendere. Singulas quæſtionis partes accurate ſcrutari.

Examinare Conſcientiam In ſeipſum inquirere. Suæ vitæ rationem à ſe repetere. In ſua dicta & cogitata inquirere. Scrutari conſcientiæ latebras. Quotidianâ inquiſitione intimos animi receſſus inſpicere. De moribus ſuis cognoſcere *Sent:* In te nihil remaneat indiſciplinatum, ſtatue te ante te, & ſic temet ipſum plãge. *S. Bernard:* Securus vitæ & militiæ vetus, nunquam refugit examen Superiorum.

Sym:

Sym: Oportet nos vitæ nostræ expensores esse *S. Chrysost*:

Excitare. *Syn*: Adhortari, invitare, inflammare, allicere, concitare, cohortari, incendere, erigere, consolari, provocare. *adv*: Coram, omnino, sensim, vehementius. *Phr*: Stimulos admovere. In excitando & acuendo plurimum valet. Domestica gloria accensus. Insidet quædam in optimo quoq; Virtus quæ noctes & dies animum gloriæ stimulis concitat. His rebus adducti & Authoritate illius permoti. Subdere ignem ac materiam seditioni. Verborum faces admovere. Lacessitus jactatusq, fuerat dictis petulantibus Aculeos subdiderunt exempla nobilia.

Excommunicare. *Phr*: alicui divinis civiliq; congressu interdicere. Sacris *vel* sacrorum usu, Christianorum conventu, arcere, excludere exturbare. Acerbioris censuræ fulmen intentare. Anathemate percussi. Ab Ecclesiæ censura absolvere *Sent*: Omnis Christianus qui a sacerdotibus excommunicatur sathanæ traditur *S. Vin*: *Ferr*. His quibus prodesse non potuerit correctio, non parcat abscissio. *S. Leo*.

Excusare. *Phr*: suam culpam purgare. Adversus aliquem uti excusatione. Aliquem culpa liberare. Accipio excusationem tuam. Te excusatum habeo. Valet apud me tua excusatio. Legitimam excusationem habet. Futilis

vel

vel nulla excusatio. Excusationem comminisci, fabricare, fingere. Solet in me congerere culpam, præteriti temporis excusationem affero. Hoc non facile est expurgatu *Senten*: Multitudo Sociorum impunitatem non facit criminum *S. Hier*: Peccatum peccato addit qui culpæ quam fecit patrocinia defensionis adjungit *Idem* Noli judicare proximum sed magis excusa; Excusa intentionem, si opus non potes; puta ignorantiam puta subreptionem puta casum. *Idem*, Infelix est culpa in qua locum qualiscunq; non invenit excusatio. *Zeno*.

Exemplum vel Exemplar. *Adj*: Acerbũ, pervulgatum, laudabile, præstans, novum, pessimum perniciosum, perspicuum, præclarum. *Phr*: Homo est unde virtutum omnium exẽpla petas. vel peti possunt. Supplicium de illo sumpsit; ad statuendum exemplum. Ut supplicii edatur illustre documentum. Illum tibi proposuisti in exemplum. Illius exemplum sequeris. Alicui præire vel prælucere exemplo; facem præferre. Novum inde inauditũq; rebus humanis aperitur exemplum. In exemplum ire, aliis exemplo esse. Hæc ampla sunt, hæc divina, hæc immortalia hæc famâ celebrantur, monumentis annalium mandantur, posteritati propagãtur. Exempla ex vetere memoria plena dignitatis. Nihil ad persvadendum potentius Rectoris exemplo. *Sent*. Mul-

tum

cum confert ad irritamenta virtutis magistrum luctantem indesinenter aspicere nec cedentē. *S. Chrysost*: In exemplum facillime vitia proficiunt. *Quintil*:

Exorcismus. Phr: Solenne carmen Exorcismi, dirum carmen imprecationum in Dœmonem. Dœmonem sacro Exorcismo percellere. Sacris imprecationibus multare. Dirarū imprecationum fulmina intentare. Dæmonem adjuratione Divini nominis expellere ac fugare.

Expectare: Syn: Præstolari, opperiri, *Adv*: Amanter, ampliùs, pusilllum, omnino vehementer *Phr*: Magna teneor expectatione. Suspensus & incertus obscura spe & cæca expectatione pendeo. Præsto tibi ero ad ianuam Crebras expectationes nobis tui commoves; Qua quidem expectatione torqueor. Angebar singularum horarum expectatione. Summa est tui expectatio. Expectatissimus advenies: Nihil vulgare, nihil angustum a te expectatur. *Sent.* Dilatione expectatio nutritur *Sym*: Expectatio publica impatiens est magni Secreti. *Tac*. Quorum expectatio timetur, horum præsentia dolet. *Anon*:

Experiri. Syn: periclitari, tentare, aggredi, probare. *Adv*: maxime paulisper. *Phr*: Alicujus rei periculum facere rem in casum dare. Nihil intentatum relinquere. Rem universam periclitabor. Fortunæ arbitrio committam,

ex-

extrema experiri parabo. Omnem aleam iaciam. Jlli jam ante experimentis cognitum erat. Fluctibus dabo ratem. Docuit jam nos longa vita usúsq; rerum; Ætate & usu doctus. Volo Pharmaci hujus vires periclitari *Senten.* Experientia obsérvantissima temporis Domina & fatuorum est Magistra *Steinb.*

Expellere Syn: Eiicere, detrudere, deturbare, abigere, amovere, exterminare. *Phr*: Neq; solum spe sed certa re etiam & possessione deturbatus est. Præceps è Provincia exturbatꝰ est. Funditus eiicitur; Exturbari fortunis omnibus.

Explicare Syn: Exponere, dilatare, enodare, evolvere, aperire, enucleare, interpretari, extricare, producere. *Adv*: Accuratè, eleganter, dilucidè, auctè, apertissimè, planissimè, copiosè, expeditè, diligentissimè, magnificè. *Phr*: Verbis rem complecti! Cogitata verbis exequi Explicare mentem suam; explicator illustris & perpolitus. Nequeo animi mei sensa eloqui; exprimendis animi sensibus impar est Oratio, vel Oratio non sufficit; verba desunt; verba non suppetunt.

Exul Syn. Profugus, extorris *Phr*: E patrio solo exactus; in exilium pulsus, exilio mulctatus. In ultimas exportatus terras. Actus in exilium *Senten*: Omnes exules etsi corporibus ablegantur, animis non eliminantur *Salvian*: Quocunq; abiero ibi erit sol, ibi erit luna, ibi Stellæ omnia auguria, colloquia cum DEO.

F. F. F.

FABVLA *Syn*: Fabella Apologus, commentū. *Adj*: Æſopica, moralis, aptiſſima, anilis, vulgaris, ingenioſa, *Phr*: Res commentitia plurimum vetuſtatis habens. Fabula niminm inſolens. Jngenioſiſſimum commentum. Falſa & fabuloſa narratio. Propagata ad poſteros exempla probitatis, ſimulacra virtutum, ornamenta morum, auctoramenta Cœleſtium, invitamenta laudum. Decreta Sanctiſſimæ diſciplinæ *Senten*: Fabula etſi vim veritatis non habeat tamen rationem habet, ut juxta eam veritas manifeſtari poſſit. *S. Aug* Fabulæ à Fando dictæ; quia non ſunt res factæ ſed tantummodo loquendo dictæ, Quæ ideo ſunt inductæ ut ficto animalium mutorum inter ſe colloquio imago quædam vitæ hominum naſceretur *S. Jſid*: *Simil*: Quemadmodum iris nihil aliud eſt, quam relucentia ſolis refracti in Nubibus, ita fabula quædam eſt veri repræſentatio. Ut apis ex amariſſimis floribus & aſperrimis ſpinis mel ſvaviſſimum colligit, ſic ex turpibus & ſceleratis fabulis aliqua poteſt decerpi utilitas. Quemadmodum nulla pictura eſt, quæ aliquid non repræſentet ita

nulla

nulla fabula eſſe poteſt, modo ſcité facta ſit, quæ alicujus non ſit imago veritatis. Ut in vite ſub foliorum palmitumq́; umbris pulcherrimæ ſæpè uvæ occultantur, ſic ſub fabularũ delectamentis & ut ita dicam pampinis repeꝛiuntur crebrò purpurei rerum fructus.

Facies Syn. Vultus, frons, os, *Adj.* facies pulchra, modeſta, ruboris plena, decora, ſerena, verecunda, benigna, ingenua, veneranda, ſubridens, ſevera, minax, cõtracta, obliqua, torva, fæda, rugoſa. *Phr*: Facies ſedes pudoris; animi Regia, animi imago, animi ianua. Me torvis intuetur oculis, Truci me vultu aſpicit. Me hilari vultu excepit, ſimulata Frons, Simulationis larva obvelatum os. Ex oculis & fronte coniicio male animatum in me eſſe; vultus indicat mores, *Cic*. Facies eſt forma omnis & modus & factura quædam corporis totius a faciendo dicta, ut ab aſpectu ſpecies & a fingendo figura. Intrepidum mentita vultum. Serena fronte & propitiata facie. Aliquem inimico vultu intueri. Genas nativo colore perfuſas leviter eminentes habes; vultu reconditos animi ſenſus prodens *Sent*: Facies Mulieris exornata quavis procella perniciofior eſt *Nilus* Facies intentionum omnium eſt ſpeculum *Tertul*: Formoſa facies muta commendatio eſt *Seneca* Aſſvefac te ut ſis vultu non torvo, ſed ſevero, nam illud inſolentiæ hoc prudentiæ *Iſid*: In ipſo Cæſar tuo

vultu videbant omnia ſigna virtutum, in Fronte gravitatis, in oculis lenitatis. in rubore verecundiæ in ſermone juſtitiæ *Eum*:

Fallere Syn. Eludere, fraudare, circumvenire, illudere. *Adv.* occulte multum, omnino, planè *Phr.* In fraudem inducère, fraude irretire, in captionem inducere inſidioſe ſimulatè, agere, fraudem machinari; moliri, ſtruere comparare. Multo flagitio intentata fraus. Doli Architectus, fraudis artifex, Author, opifex fallaciarum. Fruſtrator quotidianus. Varijs dolis inſtructus & vafer, totus ex dolis atq́; fraudibus compoſitus. Multiplex ac tortuoſum ingenium: Ingenium ad calliditatem propenſũ. Homo verſutus Sycophanta, notæ malitiæ. Impoſtor & maleficus rerum artifex.

Fama Syn: Opinio, exiſtimatio, nomen, rumor, prædicatio. *Adj*: admirabilis, antiquior, communis, conſtans, grata, integra, perennis, perennatura æviterna *Phr.* ventus quidam popularis. Fama temeraria & plerumq́; peccatorum vitiorumq́; laudatrix. Bonum & honorificum nomen. Nominis infamia. Peſſimè audiens homo. Ad ſummam nominis amplitudinem pervenies. Verſaberis in ore omniũ. Longè lateq́; vagabitur nomen tuum. Nominis gloria florebis. Famæ incorruptæ nitore clarus. Jllæſæ adhuc famæ. Super omnia mores tui ſic integri ſunt, & fama tua ſic illibata,

bata, ut nemo tam impudens ſit, quem non pudeat male de te loqui. *Senten*: Melius eſt nomen bonum quam divitiæ multæ *Prov*: 15 Bonæ vitæ numerus dierum, bonum autem nomen permanebit in æternum *Ibidem*. Infames potius ſunt qui malunt famam magnã quam bonam *Nierem*: Tales nos Cæſar crede, qualis fama cujusq; eſt; huic aures, huic oculos intende, melius omnibus quam ſingulis creditur, ſinguli enim decipere & decipi poſſunt, nemo omnes neminem omnes fefellerunt. *Plin*: Celebritati famæ juſta narranti ſtatim creditur. *Symm*: Sic Doctor bonã degat vitam ut etiam bonam non negligat famam. *S. Aug*. Duo ſunt tibi neceſſaria, ſcilicet conſcientia & fama: Conſcientia propter te; fama propter proximum *Idem*. Qui affectat famæ commoda pecuniæ negligit augmenta *Caſſiod*: Perditiſſima ratio eſt, diligere formam, negligere famam *Cicero*: Fama communis raro fallax arbitra. *Lips*: Opes & vita caduca & fluxa ſunt; & opes quidem ante nos ſæpe, vita nobiſcum ſemper abit, nomen autem & fama æternant ; eaq; ſola cum non erimus, hic erunt. *Idem*. *Simil*: ut aromata tum vehementius fragrant, cũ movẽtur aut teruntur, franguntur ve ; ita virtutis fama latius ſpargitur cũ exercetur negotiis & rebus adverſis. Ignis ſemel accenſus facile ſervatur; extinctus haud facile reaccẽdi-

ditur: ita famam tueri difficile eſt; extinctam non facile eſt reſtituere.

Fames Syn: eſuries eſuritio *Adj*: Vetus, ingraveſcens, inſana, acerba, inſomnis, irrequieta, gravis, urgens, extrema, diuturna, atrociſſima *Phr*: Inediæ impatiens. Fame confici, abſumi. Fame extabeſcere, ſolari & explere famem. Inediam diutius ferre, vel tolerare. Cui ſtomahus latrat. Præ longa fame vix trahebat ſpiritum. Omnem affectum excludit fames, imprimis verecundiã *Sent*: Dulciores poſt famẽ fiunt epulæ quæ aſſiduitate. faſtidio ſunt, & diurna continuatione vileſcunt *S. Ambr*: Fames humanarum calamitatũ caput *S. Baſil*: Magiſter artis, ingeniiq́; largitor venter. *Pers*:

Fateri Syn: Confiteri, annuere, concedere. *Adv*: Acuté, ſatis, apertè, planè. *Phr*: Culpã agnoſcete. De culpa confiteri, non inficiari, non negare, criminis reum ſe fateri. Aperte atq́; ingenuè confiteri.

Favere Syn: Amare ſtudere, complecti *Adv*: miré, validiſſimè, vere, *Phr*: Alicui gratiam conferre, aliquem demereri, beneficio obſtringere, Fautorem ſe præbere. Studio & operâ adeſſe. Ei auxilio fuit; vel opem tulit. Gratia & ope juvit. Ejus cauſam ſtudio ſuo ſublevavit. Fortunâ utor proſperâ, commodâ, optimâ, florente. Fortuna votis reſpondet, optatis aſpirat, arridet, obſequitur, obſeçundat,

dat, ſubſcribit ſuffragatur. Exiſtimationis meæ Studioſiſſimum cupidiſſimumq́; cognovi. Honori velificari ſuo Præſtanti in me benevolentiâ & divino ſtudio extiterunt. Vetuſtati non ſanè propitius. Solitus meis favere rebus. Huic meæ voluntati, in qua ineſt vis deſiderii ut faveas, ádjutorq́; ſis vehementer te rogo. Virorum literatorum genus illi quã plurimũ placet. Ne Mæcenas quidem faventior Horatio; nec Meſſala Catullo; nec Pollio Maroni; nec Philippus Ariſtoteli. Literatis nunquam patitur deeſſe patrocinium.

Favor. Syn: Gratia, ſtudium, officium, beneficium *Adj:* Favor propenſus, ſecundus dulcis, benignus *Phr:* Proſper flatus fortunæ. Veterem tuum in me animum & favorem nõ ſine Voluptate agnoſco. Antea tuæ in me humanitatis favorem non ignorabam, nunc pleniorem vidi illum & cognovi. Favebo ejus Dignitati, exiſtimationi, honori, quibuscunq́; rebus potero nullo non loco, ac tempore. Quo ſe fortuna eodem etiam favor hominũ inclinat. *Sent.* Favor humanus Domus eſt hypocritæ. *Hugo C.* Promptè favendum eſt honeſta cupientibus. *Sym:* Qui pro virtute quam egit humanos favores deſiderat, rem magni meriti vili pretio venalem portat. *S. Greg:* Maximum in eo vitium, qui non vult melioribus placere, ſed pluribus *Sent: Simil:* Ut bilanx in eam vergit partem, unde plus

ac-

accipit, ſic quidam nunc huic, nunc illi favĕt qui plurimum dent non cujus cauſa ſit optima. Sicut tela araneæ studioſe texitur, ſed flatu venti diſſipatur; ſic quidquid Hypocrita exſudat, favoris aura exſufflat.

Febris vel Febricula *adj*. Tertiana, quartana, aſſidua, ſatis moleſta, calida, ardens, maligna, moleſta, acerba, gravis, tremula, recidiva, lenta, frigida, corpus depaſcens *Phr:* Febri laborare, jactari, affici, vexari, affectum eſſe; febri ardere. Ardentior febris ei deliriū attulit. Febris ab illo diſceſſit. Febrim accerſit, generat, inducit, ciet: Febris accedit, deſinit, aſſiduè inhæret, pares acceſſiones habet.

Felicitas. Syn: Beatitudo, proſperitas *adj:* Incredibilis, par, perpetua, ſumma *Phr:* Commoditas proſperitasq́; vitæ Maximus fortunæ fulgor. Res ſecundæ atq́; proſperæ. Perfecta cumulataq́; felicitas. Vita ex omni parte beata. Felix ſucceſſus, optatus exitus. *Sent:* Vana eſt humana proſperitas, cui trophæum pro ſepulchro ſit, quadrigæ pro feretro, & in palmæ fructu cicuta lateat *Buſſ*: Optima felicitas eſt factitia propriâ manu. *Nierremb:* Res delicata felicitas eſt facilis miſeria. *Idem*. Menſura calamitatis eſt, antecedens felicitas *Idem* Nemo ſe credit miſerum, ſi videat aliū; nemo beatum niſi ſine exemplo ſit *Idem* O triſtior indigniorq́; ſemper menſura calamita-

tum

tum magna felicitas. *Quint:* Felicitatis est quantum velis posse; magnitudinis, velle quã-tum possis. *Plin:* Nullus est tam compositæ felicitatis, qui non aliqua ex parte cum sua fortuna rixetur. *S. Anton. Simil.* Ut segetem nimia sternit ubertas; rami onere franguntur, sic animos immoderata rumpit felicitas.

Felis vel Catus. *adj:* Felis cauta, callida muribus infensa, agrestis, domestica.

Felix Syn: Beatus fortunatus, florens. *Phr:* Cui benè est. Vitam ducens omnibus cumulatam præsidiis, abundantem bonis, omnibus redundantem commodis. Prospero usus fortunæ flatu. Nihil non optabile consecutus. Tranquillus est rerum tuarum Status. Rebꝰ omnibus prosperrimis affluis. Dextro natus es Hercule: Nemo est te potior ab iis rebus, in quibus sita est felicitas. Fortunam florentẽ experiris. Prospere & ad voluntatem eunt res tuæ,

Feliciter. Faustè, prospere, bellè, fortunatè, augustè, bonis avibus, omine auspicato. Diis hominibusq; plaudentibus Deo favente. Fortuna comite. Prospero cursu: Eventu prospero. Optimis successibus. Optatis tuis respondebit fortuna; votis suffragabitur; tibi fluent ad arbitrium omnia. Authoritate valebis; florebis gratia, eximiis fulgebis honorũ titulis. *Sent:* O te felicem! quod cum dice-

remus, non opes tuas, sed animum mirabamur est enim vera felicitas, felicitate dignum videri *Sall*: Omnes cum secundæ res sunt maximæ, tum maxime meditari secum oportet, quo pacto adversam ærumnam ferant. *Teren*: Ille felix qui arbitrio suo felicitatem habet; qui vult quæ potest, *Nierem* Fortunãtur aliquomodo etiam pessimi ad infortunij majoris apparatum; nunquam tuta est felicitas sontium. *Idem Simil*: Ut histrio non est felicior quod in scænis ornatus Rex aut Deus videatur: Sic nec homo fortunæ muneribus, quandoquidem suis bonis æstimatus nihil est. *Seneca* O quale monstrum est Princeps felix & non elatus! vini naturam habet nisi usu temperetur dementat. Indomitus equus est: nisi fræno regatur in præcipitia rapit.

Ferre Syn: Portare gestare, sustinere, gerere, proferre, *Adv*: abjectè, acerbè, fortiter injuriam temporum, moderatè, acerbissime, ægrè, æquè, fortunam, adversam; toleranter, fortitèr, atrocitèr, diutius, sedatè, vitiosè, egregiè indignè, modestè, *Phr*: sub oneribus esse; Humeris onera portare. Lecticæ impositus. Humeros oneri subiicere.

Festinare. Syn: Properare, accelerare, maturare. *Adv*: necessario ocyùs, protinus, vehementer, præproperè, *Phr*: Celeritate uti. Nimiam adhibere festinationem. Abjecta omni cunctatione aliquid facere. Moram non puto

puto faciendam esse. Nullam moram interponendam puto. Movere se ocyus. Move abs te moram. Gradum incitare. Maturare reditũ; vel maturare reverti. Omni properatione festinare. Omnem festinationem adhibere. Vide ne festines præpropere. Maturatò opus est. Celerrimè, citissimè, velocissimè. Ad cogitatum facinus approperare. Ventis remisq; properavit. Hæc properanter scripsimus. Quid hæc immaturitas tanta significat? Opus approperatum. Calcaribus subditis effuso cursu eunt. Confecit iter tam festinanter & rapidè. Nihil ordinatum est, quod præcipitatur & properat. *Sent*: Festinatio multos bonos pessum dedit. *Taci* Festinatione nihil tutius in discordiis civilibus; ubi facto, magis quàm consulto opus. *Idem*. Ubi urget temporis angustia accelerandum non est, sed maturandũ: *Aldobr*. *Vide celer*.

Festum. *Adj*: Insigne, solemne, annuum, Religiosum. lætum *Phr*: solemnia Festorum. Feriæ solemnes; Dies celeberrimus. Dies hæc Divo N. sacra. Hæc dies universæ Christianæ Reipublicæ illustris. Festum diem agere, celebrare, ipsa solemni luce. Non est indicta in hunc diem vacatio. Festum celebremus nõ corporis nitore, non vestitus mutatatione ac magnificentia, non commessationibus & ebrietatibus; hoc enim more gentiles novæ lunæ Festum celebrant: verum animi purita-

te

te, divinis contemplationibus & cogitationibus S. *Greg. Naz:*

Fidelis Syn: Fidus amicus *Phr:* In fide constans. *vel* Religiosus. Fide conspicuus, spectabilis. Mentiri nescius. Vir fidei inconcussæ. Fide officioq; singulari. Non ambigua fide; non fluxa, sed spectatissima nota & exploratâ. Cui omnia rectè ac tutò credi possunt. Fidelissimum pectus tuum.

Fidelitas vel Fides *Adj:* Bona, certa, singularis, incredibilis, spectatissima, venalis inconcussa, inviolata, stabilis, jurata, integra, sincera. *Phr:* Fidei integritas, Servare fidem. Fidem violare, frangere. Alicujus fidem labefactare, tentare & corrumpere. Sacramento se obligare. Principi Sacramentum dicere. In verba Principis jurare. Publicam apello fidẽ. *Sent:* Fac fidelis sis fideli: cave fidem fluxam geras. *Plaut:* Malo mihi successum deesse quàm fidem. *Seneca. Simil:* Ut locus in mari sine portu navibus non potest esse tutus: sic animus sine fide stabilis amicis non potest esse. *Cicero.*

Filius vel Natus. Adj: Innocens, perditus, svavissimus, dignus Patre, dissolutus, probus, honestus, pupillus, venustissimus. *Phr:* Mascula proles, soboles, progenies. Spes Parentis. Imago animi & corporis Paterni. Pater reliquit effigiem morum suorum. Curarum & senij ejus dulce levamen. *Sent:* Revera fi-

lium ſe neſcit, viſceribus caret, naturam negat, ingratus eſt Patri; Qui Authorem vitæ ſuæ non obſequimus placat, non devincit cultu muneribus non honorat., *S. Chryſol:* Felices qui poſſunt omni vita ſua Parentibus dicere: *quid feci. Quintil. Simil:* Ut ferrum aut Chalybs, cætera quidem duritie rigoreq́; ſuperat, ab adaman te vincitur, ita res quidem potens eſt amor in liberos, ſed hunc quoq́; ſuperat pietas in Deum. *Eraſm.*

Flos Adj: Delibatus, lectiſſimus, recens, pullulans æſtivus vernus, fragrans, gemmans, *Phr:* Exquiſitiſſima naturæ omnium Parentis ornamenta. Elegantiſſimus terræ apparatus Veris opes. Florem induere. Pratum floribus diſtinctum, pictum, conſperſum vermiculatum. Ipſi noviſtis quantum cæli amænitas afficiat, quantùm nos iſta florum diverſitas oblectet, Quis Apelles eſt, qui ſuo penicillo quamvis artificioſo, nativos herbarum & florum colores melius exprimat quàm ipſa natura rerum omnium Parens, ingenioſiſſima.

Flumen Syn: Fluvius, Fluentum, torrens, amnis; profluens, *Adj.* Flumen maximum, propinquum, vagum, concitum effuſum, rapidum ſpumoſum, tumidum, exundans, ſonorum, velox, limoſum, ſinuoſum, declive, obliquum, inflexum, citatum, irriguum. *Phr:* Ripis arduum, Sinuoſis flexibus errans, variis curſibus defluens, in mare decurrens, influens

fluens. Infima valle profluens, Innavigabile, ſuper ripas effuſum. Amnis latè ſtagnans. Continuis imbribus auctus. Urbis mænia præ: terfluens. Leni aquarum fluxu amnis in rivos diductus. Flumen pedibus tranſiri poteſt. Difficili tranſitu flumen. Aqua paluſtris quæ pigro lapſu repit. Flumen cui ripa in acceſſa vel cui præruptum ripæ ſuperciliũ. Fluvij excurrunt illabuntur, devolvuntur, effunduntur, ſe exonerant. Majore vi ac mole agit undas. Fons per tenues venarum primitus erumpit meatus, atq; anguſtos ſenſir ſerpit in rivulos, donec digno ſucceſſu in totam ſe fluviorum latitudinem prorumpat & valenter effundat.

Fædus Syn: Pactio, fides, ſocietas, amicitia. *Adj*: Æquiſſimum, firmum & ratum, turpiſſimum. nefarium, pium, juſtumq; religiosũ, ſacroſanctum, ſociale, æternum, tacitum, concors, amicum, ſtabile inviolatũ, bene firmum, optatum, legitimum. *Phr*: Amicitia Regum lege & Religione Sancita. Firmatæ pacis leges, Lex fæderis, Pacis pignus inviolabile. Tranquillæ fædera pacis. Fædus inire, ferire, ſancire, percutere, jungere, pangere, conſtituere. Fædere ſocietatem confirmare. paciſci fædus. Conficere pactiones. Conflare ſocietates; Fœdus frangere, dirimere, rumpere, violare, Eſſe fædifragum. Fædus ſociis renunciare. Societatem fæderis renuntiare.

A fædere dificere, deſcedere, deſciſcere. Vox juris ac legum eſt: Bonæ fidei contractum nõ poſſe reſcindi. *Symm*: Fædera ſimilia ſunt teſtudini, in qua, cum una ſolummodo chorda diſcrepare incipit, tota harmonia turbatur. Ut adamas ſi frangi contingat malleis in minutiſſimas diſſilit cruſtas; ita arctiſſima neceſſitudo, ſi quando contingat dirimi, in ſummam vertitur ſimultatem, & ex arctiſſimis fæderibus, maxima naſcuntur diſſidia *Plin:*

Fæmina Bona & locuples, Sanctiſſima, graviſſima, Nobiliſſima, præſtantiſſima, pudica, ſpectatiſſima, culta, compta, garrula, bilingvis, litigioſa, verboſa, mendax, *Phr*: Sexus imbellis. Mulier imbecilli conſilii. Virilis animi fæmina. Nihil muliebre præter corpus gerens.

Fons Syn: Rivus latex fluentum *Adj*: dulcis, perennis, abditus, amænus, frigidus, lene fluens: *Phr*: Placido murmure per prata fugiens. tenues undas volvens. gelidus, irriguus, criſtallinus, uberrimus, nunquam intermittens fluxum, e terra ebulliens, ſcaturiens, prorumpens, Saliens rivus aquæ. A fonte aquã extrahere.

Formica adj: Impigra, provida, ingenioſa, præſaga futuri, ſolicita, laborioſa, Studioſa laboris *Phr*: Æſtate congerit, unde habeat quod conſumat hyeme. Inertis otii ſterilitatẽ aſſiduis damnat laboribus.

For-

Fortis Syn: Robuſtus, ſtrenuus, invictus, acer, valens, animoſus, *Phr*: in quo multum eſt roboris ac virtutis; qui animo excelſo & alto & virium firmitate præſtans. Satis me valere viribus exiſtimo; Multo & ætate & viribus validior. Prævalens juvenis acceſſione virium factus fortior. Fortis & præpotẽtis animi. Superiorem viribus neminem habet. *Sent.* Qui vera virtute fortis eſt; nec temere audet, nec inconſultè timet, *S. Aug*: Non eſt vir fortis cui non creſcit animus in ipſa rerũ difficultate. *S. Bernard*: Neminem tam fortem invenies, ut non egeat auxilio fortioris. *Valer. Simil*: Ut Palmæ arboris ramus impoſito onere non deflectitur in terrã cæterarum more, ſed renititur, & ultro adverſus ſarcinæ pondus ſe erigit; Ita viri fortis animus, quo plus negotiis premitur, quove magis ſævit fortuna, hoc erectior eſt. *Plin*: ut grando tectis magno ſtrepitu illiſa, ipſa tamen diſſilit; ſic clades, in firmũ animum ſi accidant, franguntur non frangunt. *Lipſius Vide Generoſus.*

Fortitudo Syn: Robur magnitudo *Adj*: firma valida Spartana prævalida, ſolida, invicta, indomita, inexpugnabilis, vinci neſcia. *Phr*: Animi excelſi atq; invicti magnitudo & præſtantia. Acer & præſens animus, quem extulit fortitudo. Nihil tam munito vallo & tam vallato munimento natura præcluſit quo non penetret audacia, modo aliqua ſpes conandi

relin-

relinquatur, Adversis virtus erigitur, adversis alitur, in equuleo proficit, in nervo roboratur, triumphat in catasta. *Beatus, à quo non humilem gravis fortuna vocem, non tumidam levis expressit unquam. Sarbiev: Sent:* In silentio & & spe erit fortitudo vestra *Isa:* 13. Fortitudo mea & laus mea Dominus *Exodi* 15. non in fortitudine sua roborabitur vir, 1. *Reg*: 2 Fortitudo corporis est imbecillitas animæ; & rursum imbecillitas corporis est fortitudo animæ. *S. Hier.* Fortitudo est virtus pugnans pro æquitate. *Cic*: Fortitudo dimicare jubet, justum odio incendit; ad confligendum impellit vocat ad periculum *Cicero Simil*: Ut cervis frustra sunt ingentia cornua, cum desit animus; ita non satis est opibus pollere, nisi fortitudo accesserit *Plut*: Sicut currus in præcipiti aut declivi, fune retinentur & se sistunt, sic animus debet, ubi quæ allubescunt, aut invitant. *Lips*: vide *Audacia, constantia, Magnanimitas.*

Fortuna Syn: Sors, casus, eventus, conditio, *Adj*: Adversa, afflicta. dissimilis, perdita, gravis, acerbaq; amplissima, anceps, varia, cæca, communis, dispar, dubia, volubilis, vaga, diuturna, florentissima, fluxa, prospera, perdita, popularis, summa, tranquilla, ancillans, novercans, lenocinans. *Phr:* Eventus, fortuitus. Ludibria formæ. Quemcunq; sors tulerit casum. In dubiam Imperii servitiiq; ale-

am imus. Rem in casum ancipitis eventûs committunt. Ne sub unum fortunæ ictum totas vires Regni cadere pateretur. Sui cuiq; Mores fingunt *vel* conciliant fortunã. Quisq; suæ Fortunæ Faber est. Is demum vir erit, cujus animum nec prospera fortuna statu suo efferet, nec adversa infringet. In rebus sævis affulsit Fortunæ nutus hilarior. Homines secundis rebus affrænati. Fortuna suffragante. Modum imponere secundis rebus, nec nimis credere serenitati Fortunæ præsentis. Jactamur invicem varietate fortunæ. Quæ cum splendet, frangitur nec advertit vel in ipso Nomine felicitatis primâ syllabâ fel propinari Secundo vitæ sine offensione cursu. Vertentis fortunæ calamitas, vulnus. Perculsus gravissimo fortunæ vulnere. Quam multis fortunæ telis hominum vita pateat. Suas in me vires fortuna exercet. Res ad voluntatem fluunt, secunda sunt omnia. Omnia optata contingunt. Simul ac fortuna dilapsa est avolasti. Me adversa fortuna a te divulsit. Fortunæ muneribus amplissimis ornatus. Vitam beatam tranquillam, omni cura vacuam agere; omnibus affluentem præsidiis; Omnibus abundantē commodis. Nullum numen abest, si sit Prudentia, sed nos te facimus fortuna Deam, Cæloq; locamus. Fortuna nulla est, ipsi homines fortuna sunt dum inopinatos rerum quas gerunt sortiuntur exitus. *Arist*: *Sent*: O Volu-

lucrem fortunam, quàm citò omnia ex lætitia & voluptate ad luctum & lachrymas recidunt. *Cic.* Solet fortuna cúm ad summum venit rotam volvere, & summa imis commutans nunquam diu stare. *Anonym:* Fortunæ licentia interdum optimos decolorat. *Symm:* Non est felix qui in magna fortuna est, sed qui habetur & est ob virtutes eâ dignus. *Lipſ* Non est tuũ, fortuna quod fecit tuũ. *Anonym:* *Simil:* Ut deciduæ stellæ subitò extingvuntur ita quos fortuna subitò in summa provexit, repente solent corruere. Ut quercus & aliæ quædam arbores sub terra defossæ, duriores redduntur ac durabiliores; ita qui dici premũtur adversa fortunâ diutius florent. *Plin:* Ut bonus artifex ex quavis materia simulacrum fingit, ita sapiens quamvis fortunam semper administrabit. *Sen:* Ut pumilio etiamsi in monte consistat, pusillus est; colossus etiam in putuo magnus; Ita sapiens in quacunq; fortuna suis bonis magnus est: Stultus & in summa fortuna humilis *Idem.*

Frangere. Phr: Rumpere, disrumpere funẽ, discindere, pontem recidere, solvere. A prolabsione, caput fregit; caput sibi comminuit. Ab equo ĩpacta calx ei cr9 cõminuit. Ex iteratis perpetuò iisdem verbis caput obtundis, animum obturbas, mentem fatigas, sis molestus, molestiã creas, aures deteris.

Frater. Germanus. *Adj:* Amantissim9 optimus

optimus, minimus præditus pari pietate & industria *Sent*: Frater qui adjuvatur a Fratre, quasi Civitas firma. *Prov*: 18. Fratris egestati impendendum, quidquid ultra vitæ necessitatem habemus. *S*: *Basil*: Fratrũ negotia velle cognoscere, pia & honesta curatio est. *Sym*: Una quæq; res duas ansas habet, unã tolerabilem, & alteram intolerabilem. Si Frater injuriam fecerit non eã prehende quâ fecit injuriam, ea enim ejus ansa non est tolerabilis, sed illa potius: esse Fratrem, esse unâ educatum, sic prehendes qua est tolerabilis. *Epict*. Frater est dictus, quasi: fere alter, si Fratris consvetudine uti nescis, quando unquã poteris externi hominis usum rectè ferre. *S. Chrysost*:

Fraudulentus. *Syn*. Impostor, deceptor, veterator, *Phr*: Fallaciarũ architectus. Fraudũ machinator, molitor, artifex. Vafer versipellis ac variis dolis instructus. Totus ex fraudibꝰ compositus, consutus, conflatus, Ad mendacia, obtrectationes, natus. Eruditus artificio simulationis. Insignis fraudum artifex. Multiplici ac tortuoso ingenio, colubrino ingenio. *Sent*: Non inveniet fraudulentus lucrũ. *Prov*: 12. Virum Saugvinum & dolosum abominabitur Dominus. *Psal*. 5. Abominatio Domini est omnis illusor, *Proverb*: 3. Oratio plena dignitatis, expers fidei; invidia in occulto adulatio in apero, preces, ora, lachrymæ

mæ ſimulandi artem uſque ad convitium veritatis edoctæ, *Strada.* Plena fraudis negotia. Sophiſmata contorta & aculeata. Occultum & inſidioſum malum perfidia, cujus eficaciſſimæ vires ſunt mentiri & fallere. *Valer: Maxim:* Diuturna fraudatio, tædiorum eſt nutrix, ſuſpitionum fomes, impatientiæ fax, noverca laboris, deſperationis Mater. *Anon.*

Frigere. Syn: Algere, rigere, frigeſcere, *Phr:* Frigore obrigeſcere, algore conglaciari, confici Frigore corripi, premi, aduri, conſtringi. Corpora rigentia gelu torpebant.

Frigus. Syn: Algor, gelu, hyems, bruma. *Adj:* Frigus durum, rigens, ſummũ; ſæviens, acerbum, iniquum, immodicum, penetrabile, intenſum, nimiũ. *Phr:* Frigoris acerbitas, aſperitas, vis. Frigore rigent omnia. Remittit frigus de acerbitate. Vis frigoris conſeneſcit, mitigatur, lenitur, ſedatur, temperatur. Miteſcit hyems. Corpus patiens algoris. *Vide Hyems.*

Frons. Syn: Os, vultus, facies. *adj:* Hilaris decora, honeſta, ſerena, nitida, candida, veneranda, rugoſa, modeſta, contracta, ferox, gravis, ſevera, juvenilis, ſenilis. *Phr:* Frontis honor. Caſtigatæ frontis collecta modeſtia. Frons obducta, caperata, rugis aſperata, tranquilla, ſerena, exporrecta. Animadverte frontem explicatam & porrectã. Explicatio frontis, lætitiæ ſignum eſt; contractio gravi-

tatis indicium, tranquillitas sedatum animũ præfert, rugæ vero iracundiam. *Vide. Facies.*

Fuga. Syn: Effugium, declinatio, cautio, evitatio. *Adj:* Incerta, periculosa, scelerata, turpissima, desperata, flagitiosa, calamitosa, molesta, misera, nefaria, repentina, ineluctabilis. *Phr:* Præceps discessus, excessus, exitus. Cursus effusus. Aliquem fugare in fugã vertere, coniicere, compellere, adigere.

Fugere. Syn: Diffugere, fugitare, subterfugere, evitare, declinare, *adv:* Consultò, libentissimè, magnoperè, perversè, turpiter, *Phr:* In fugam vel in pedes se dare, se conferre, se coniicere, fugam arripere, capessere; Terga dare, fuga salutem petere *vel* saluti suæ cõsulere, eripere se periculo subducere se discrimini, domo profugus, longiorem fugam intendebat. Omnes in fuga sibi præsidium posuerunt, Dum se à custodibus subduxit, fugã maturavit, fugã circumspicere, quærere, meditari, parare, explorare: Longe absum à fugiendi consilio. Quo fugam corripis? Periculum declinare. At ijdem repente mutati terga in ora, fugam in gladios, metũ in audaciam, mortem in victoriam brevi temporis mora converterunt *Sent:* Quæ fugiam novi, ad quem autem fugiam haud quaquam *Cic:* Antigonus sentiebat non esse turpe fugere quoties magis expedit hosti dare locum quã conserere manus. *Plut:* Bellicosus quod in bello fugit artis est non timoris *Chrysol:* *Ful-*

Fulmen: Adj: Infeſtum, repentinum, inevitabile, triſulcum, violentum, præſagũ, horrendum, flammeum. *Phr*: Fulminis ictus, conflictu nubium ardor expreſſus; eliſi nubibus ignes; permiſta nimbis fulmina, fulmine ictꝰ percuſſus, tactus, fulmine aflatus, cæleſti igne ſuffocatus, fulmine exanimatus occubuit.

Fur. Syn. Direptor, prædo, expilator, graſſator. lavernio, abactor, *adj*: nocturnus, avarus, callidus, ſceleratus, improbus, inſomnis *Phr*: Nummorum ſpoliator. Vivens ex rapto. Gens rapinis aſſveta; alienis invigilans opibus. Homo trium literarum, pecuniæ alienæ ſubreptor. Infeſtas latrociniis vias obſidens. Latrocinium exercens. Manifeſto furto prehenſus,

Furari. Rapere, diripere, ſurripere, ſubtrahere, ſubducere, auferre, tollere. *Phr*: Aliena bona prædari. Furtis hæreditatem lacerare. Omnia viſcatis manibus leget.

Furioſus Syn: Inſanus, demens, lymphatus. *Phr*: Furore percitus, inflammatus, actus, agitatus, accenſus; In rabiem ira verſus. In rabiem, efferatus, In rabiem prolapſus. Nefario quodam furore & audacia inſtinctus.

Furor. Syn: Furiæ, inſania, amentia, væſania, rabies, ira, æſtrum. *adj*: Furor nefarius, incredibilis, effrænatus, præceps, indomitus, maximus, vetus, violentus, infeſtus, pertinax

ſa-

fanaticus, væsanus barbarus. *Phr*: Mens furiosa. Stimuli furoris. Rabies effera. Mentis effrænæ furor. Fræni impatiens. Lymphatæ mentis violentia.

G. G. G.

GAlea. *Syn*: Cassis, crista, *Adj*: Terribilis, ærea, horrida, cristata, *Phr*: Capitis armatura, cristis terribilis.

Gallia. Adj: Animosa, ferilis, fæcunda, nobilis, insignis indomita, generosa, populosa, compta ulterior. *Phr*: Gallia opulenta & valida Viris, Urbibus, Civitatibus. Felix præpingvibus globis, commoda proventibus, vitibus consita. Omni ad usum animantiũ fætu beatissima, rigua & fluminum, & fontium aquis. Galliam cæterarum gentium Reginã. *Honorius III*. Summus Pontifex appellavit. *Gregorius XI*. Pharetram esse ait, quam Xtus sibi circa femur accinxit; ex qua sagittas electas (ita enim loquitur) ipsas ut sibi gentes & Regna subijciat in arcu brachii potentis emittit. D. Gregorius tantum cæteris Nationi-

onibus Galliam præstare censet, quantũ Regiæ Dignitatis apex cæteris honoribus antecellit.

Garrulus. Syn: Loquax, nugator, vaniloquus, rabula, multiloquus, dicax *Phr:* Vanis sermonibus aures implens. Multæ & inanis Orationis Vir. Sermonis nimius. Vir ventosæ loquacitatis, levis & futilis & importunus locutor. Ut quisque contemptissimus, ita & solutissimæ lingvæ est. *Sen:* In multiloquio non deerit peccatum. *Prov:* 10. Ob id binas habemus aures & os unicum, ut plurima audiamus, loquamur autem paucissima. *Zeno.* Jlli hominum optimi qui in dicendo brevissimi. *Apoll. Simil.* ut corpore tenues veste se dilatant, sic qui ingenii aut sapientiæ inopes diffundunt se in verbis *Lips:* ut in sagitta mittenda non minus aberrat, qui citra scopum, quam qui ultra jaculatur: sic in loquẽdo quis quis pauciora quã pro re aut plura dicit. *Idem.*

Gaudere. Syn. Delectari, lætari. exultare, triumphare, gestire. *Adv:* admodum magnopere, planè; vehementer. *Phr:* Gaudio affici, Lætitiâ perfrui. Lætitiam capere, haurire præcipere. Lætitia perfundi, compleri, perfrui. Jucundissimo sensu voluptatis affici. Præ gaudio vix se capit. Ingens animo meo obrepsit lætitia. Nova gaudiorum vis meam occupavit mentem. Hilaritas mentem serenat san-

gvi-

gvinem purgat, vultum grato florentique colore perfundit. Animum parumper a curis abducã Animum curis distractum varieque dissipatum recolligam,

Gaudium. Syn. Lætitia, voluptas, hilaritas, jucunditas, delectatio. *Adj.* Gaudium exile, falsum, incredibile insatiabile, maximum, exquisitum, intimum, nimium, subitum, diuturnum, perpetuum. *Phr:* Profusa hilaritas, Lætitiâ gestiens animus. Inusitata gestientis animi alacritas. Effusa omnium voluptas. *Sent:* Quantum post tenebras gratior lux, serenitas post tempestatis obscura, tantum est acceptius gaudium post mærorem. *S. Chrysól:* Expers est continentiæ hilaritas & in vocem gestit erumpere. *Ennod:* Manca est sine sermone hilaritas, & simulacrum mæroris est, occultare quod gaudeas, & afflictionis imitatio vocem, in lætitia non habere. *Idem.*

Gemma Adj: Pullucida, peregrina, auro intexta. *Phr:* spolia maris rubri. Gemmeus fulgor. Quo pretiosor est, avidiùs quæritur, cariús emitur, pluris habetur & ad res majores & illustriores ornandas confertur.

Generosus Syn: Fortis, magnanimus, impavidus, invictus, interritus acer, præstans. *Phr:* Virtute potens, Viribus invictus. Generosa stirpe profectus. Fortitudo pari moderatione conjuncta.

Germani. Syn: Teutones, allemanni, sicambri,

bri, *adj*: Invicti, potentes, feroces, vino & ebrietati dediti, austeri. *Phr:* Gens accola Rheni. Germani ingenti corporum magnitudine, virtute incredibili, atq; exercitatione in armis, truci vultu, atq; ipsa oculorum acie horribiles.

Gloria. Syn: Claritas, splendor, amplitudo, laus, decus, nomen, fama. *Adj*: Antiqua, admirabilis, abjecta, aliena, amplissima, solida, veraq; eximia, illustris & pervagata, non insolita, avita, popularis, pristina. Præstãtissima, verissima. *Phr*: Fama meritorum, Illustris cum laude fama. Gloriosum ex meritis nomen. Nominis amplitudo, dignitas. Nullo unquam ævo delebilis. Honorem summum adipisci, Magnum sibi nomen conciliare; Eximiam laudem consequi, Labores quos suscipis æternâ te gloriâ decorabunt, laudem Nominis tui ad perpetuam temporum memoriam propagabunt. Tuum nomen immortalitati commendabunt. Hæc una est, quæ brevitatem vitæ posteritatis memoriâ consolatur; quæ efficit, ut absentes adsimus, mortui vivamus. *Sent*: Gloriantur homines, quorum oporteret puduisse. *Nieremberg*: Ingenitus honestis animis gloriæ amor. *Quint*: *Simil*: Quẽadmodum umbra aliquando antecedit, aliquãdo sequitur, vel a tergo est, ita gloria, aliquando ante nos est, visendam se præbet; ali-

quan-

quando in averso est, majorq́: quo serior, ubi invidia secessit. *vide ambitio honor laus.*

Gloriosus. Syn: Jllustris, splendidus, ornatissimus. *Phr:* Omni genere laudum cumulatus. Rectefactorum famâ nobilis, Laude, gloriaq́; circumfluens. Dulcedine quadã gloriæ commotus. Ad publica decora excitatꝰ.

Grammatica. Adj. Docta, nobilis, ingeniosa, *Phr:* Magistra verborum, benigna mater, quæ rudes puerorum animos ad humanitatem informat. Quæ ingenuarum artium prima numeratur. Hæc necessaria pueris, jucunda senibus, dulcis secretorum comes, & sola ex omni Studiorũ genere, plus habet operis, quã ostentationis. *Quintil.*

Gratia. Adj. æquabilis, excellens, justa & debita, permagna singularis, mutua, *Phr:* Cœleste donum, quod sponte influit. Alicuius benevolentiam reportare. Locum gratiæ quærere. Id mihi gratiæ concede. Tuâ bonâ veniâ mihi dicere liceat quæ audias. Aversum à me animum gerit. Amicorum commendatione obrepsisti ad hunc honorem. *Vide Beneficium.*

Gratias agere. Gratiam memori mente persolvere. Officiis mutuò respondere. Cumulatè reddere officium, jam diu alicui debitũ. Utinam possem pro tuis amplissimus erga me Studiis operam meam, studiumq́; tibi navare. Omnem ætatem ad tua promerita prædican-

canda referam. Hoc officio arctius me tibi adstrinxisti. Majus esto hoc beneficium, quàm ut illud prædicare valeam. Tibi tantùm me debere intelligo, quantùm nunquam sim persoluturus, & si bonorum omnium meorum fecerim auctionem. A me tantis beneficiis talio rependi non potest. Quid tibi debeam video: ubi vero de referendo ut par est incipio cogitare, tunc ratio accepti atq; expensi nequaquam convenit. Si dignam gratiarum actionem referre non possum, certe reipsa atq; animo nunquam desinam. Utinam eam mihi superi aliquando concedant facultatem, ut possim beneficiis tuis, re potius quam verbis respondere. Hunc habebis Domi tuæ librum præterquam sponsorem, & obsidem æternum, testem insuper, atq; interpretem fidelissimũ optimæ officiosissimæq; voluntatis ejus meæ, qua ex intima animi mei sententia verissime, sincerissimeq; sum tibi deditissimus.

Gratitudo. *Phr:* Gratus animus. Grata beneficii memoria. Acceptæ gratiæ memor. Probabo me tibi gratum; ac beneficium grata memoria prosequar. Ubicunq; me terrarum angulus est habiturus, tuorum in me beneficiorum memor ero. Dispeream nisi beneficiũ tibi conduplicavero. Quod meis studes commodis, & habetur à me gratia, & semper habebitur. Majus est tuum in me beneficium, quam ut orationem postulet. *Sent.* Optimus be-

beneficiorũ est custos, ipsa memoria beneficiorum, & perpetua confessio gratiarum. S. *Chrysost*: Non est æquum tempore & die memoriam beneficii definiri. *Cicero. Simil.* Creditori præter sortem extra ordinem numeramus, beneficiorum autem usum esse gratuitũ judicamus; & illa crescunt morâ, tantoq́; plus solvendum est, quanto tardius. *Seneca.*

Gubernator. Rector, administrator; moderator. *Adj*: Providus, Solers, vigil, solicitus, optimus, summus. *Phr*: Communitati Præpositus. Cum potestate, imperioq; Provinciam administrans. Summo cum imperio præfect9. *Vide imperare.*

Gula. Syn: Ingluvies, voracitas, *Adj*: turpis fæda, vesana, sordida, insatiabilis, inexpleta. *Phr*: Improba ventris ingluvies. Ciborum insaturata fames. Prodiga rerum luxuries, & quæsitorum terrâ pelagoq́; ciborum ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ. Fædissimũ patrimoniorum exitiũ culina. *S. Isid*: Pel: Inordinatus appetitus cibi & potûs. *S. Antonin*: Venter vitæ charybdis. *Diogenes.* Propter crapulam multi obierunt. *Eccl*: 37. Qui diligit epulas, in egestate erit. *Prov*: 21. Humana corpora assiduâ ingurgitatione degravata, facilè morbis obruuntur: *S. Basilius.* Turpe est ut homo amet gulam, per quam è paradiso ejectus est. *S. Bonav*: Amicus ventris, est inimicus crucis. *Hugo C.* Edacitas quædam sangvi-

gvisuga est. Cui duæ sunt filiæ, ebrietas scilicet & luxuria. Petr: Dam: Simil: Sicut piscis per guttur capitur, cùm hamo ; & avis per collum, cùm laqueo tenetur; sic gulosus per guttùr & collum capitur gulæ vitio. S. *Bonav*. *Vide ebrietas vinum.*

Gulosus. *Syn*: Comedo, ganeo , helluo, decoctor prodigus. *Phr*: Gulæ deditus; cui paulatim accisæ opes, & in rem escariam exhausti loculi. Natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ.

H. H. H.

H*Abitare*. *Syn*: Colere, tenere, frequentare, *Adv*: Gratis, magnificé meliùs. *Phr*: Domicilium habere. Aliquem locum colere. Degere vitam. Loci illius incola. In illo loco commoratur, residet, consistit.

Hæreditas. *Syn*: Patrimonium, patriæ opes, bona, prædia, fortunæ *Adj*: Hæredtias ampla, communis, fraterna , reliqua; opes caducæ, permagnæ privatæ. *Phr*: Agnationis jure quæsita possessio. Testamento parta, vel parata hæreditas. Hæreditatem adire, capere, attingere. Hæreditatem nactus, adeptus &c:

Hæ-

Hæres vel Successor. Adj: Legitimus, justus, proximus, extraordinarius, repentinus, ver9. *Phr:* Successor in bonis, Bonorum Dominus. Multorum factus, institutus, relictus fuit hæres. Amplissimas à Parente opes hæreditate adeptus est *vel* Hæreditario jure illi obvenerunt obtigerunt.

Hæresis vel Secta. Adj. Impia, scelerata, nefanda, exitiosa, detestanda, fallax, dolosa, perfida, impia. *Phr:* Dogma perversum; à fide alienum. Impia de rebus fidei opinio. Impietate ac errore mixta sententia. Aliena è Xsti side opinio.

Hâc duce, vastatos luget Germania campos.
Omnis ubi sparsis ossib9 albet ager.
Hâc duce, civili maduerunt sangvine rivi,
Anglia sive tui; Gallia sive tui.

Hæreticus Syn: Novator sectarius, hæresiarcha. *Adj:* Impius, sceleratus, impurus, *Phr:* Alienus a recto fidei tramite. Hæresum pestilentiâ inquinatus. Pestiferâ pravarum opinionum labe contaminatus. Depravatæ Religionis erroribus imbutus. Erroris impij conflator & propagator, Generis humani pestes Hæretici; Ecclesiæ furiæ, faces Patriæ, Religionis hostes, Sacrorum prædones, labes ac ruina orbis terræ. *Sent:* Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devita. 1. *Timoth:* 3. Incurabili morbo laborantes aversemur, ne aliqui morbum ante eorum con-

tra-

trahamus, quàm illis ſanitatem noſtram impertiamus. *S. Greg: Naz:* Vère monſtrũ horrendum. (Hæreticus) informe, ingens, cui lumen omne tam Divinum quàm naturale ademptum, Deo inimicum, bonis omnibus inviſum. *Anon: Simil:* Hæretici comparandi cùm Scarabæis, qui luce creperâ, nocturno veluti murmure circumſonant: ſed ijdem in ſtercore volutantur, Quemadmodum muſcæ vulneribus, ita noſtris calamitátibus, aut ſi mavis erratis, Hæretici imminent. *S. Greg: Nazian:*

Halitus Syn: Spiritus, anima. *Adj.* Extremus fortis, debilis. *Phr:* Halitús interclusio; ſpiritûs ſuppreſſio. Impediti halitûs difficultas. Halitûs anxietas. Anguſtiâ ſpiritûs laborat. Non intermiſsâ reſpiratione ſpiritum ducere, remittere.

Heros. Adj. Fortis, clarus, illuſtris, generoſus. *Phr:* Vir hoc ſæculo major, & dignus fabulantium miraculis Vatum. Excelſi invictiq; animi exemplum. Rerum geſtarum magnitudine, ſæculorum immortalitatem implevit. Qui gloriæ faces ità accendit, ut omnẽ nationum omnium famã ſuis armis obtineret. *Vide audax, belli Dux, fortis.*

Hiſtoria. Syn: Annales, narratio, diarium, *Adj:* Plena exemplorum, multa, vetus, priſca, memorabilis, celebris, recens. *Phr:* Veterum monumenta. Commemoratio antiquitatis. Hiſtoria perpetuo veluti filo ducta, & colligata.

Re-

Rerum gestarum expositio. Fructuosa antiquitatis scientia. Historiæ cognitio, Imperatori non minús quàm armorum necessaria. *Sent*: Historia testis est temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis. *Cic.* Historiarum lectio, utile ad Rēpublicam & consilia actionesq; dirigendas instrumentum. *Lips*: Quæ Philosophos instruit, minores omnes artes adornat, juvenes prudētiâ cum senioribus æquat, seniores eorū quos experti sunt casuum, comprobatione confirmat &c: Non minùs interest Reipublicæ esse qui præclara gerant; quàm qui præclarè gesta nunquam intermorituris literarum monumētis consecrata, ad memoriam posteritatis trāsmittant; ne in ipsa Patria, quasi in remotissimis terris peregrinari videamur. *Simil*: Ut in pictura faciem prævisam faciliùs agnoscimus: Sic in Historia noti moris exempla. *Lips.*

Historicus Adj: Sincerus, prudens, gravis, literatus. *Phr*: Historiarum Author, vel Scriptor. Qui res gestas monumentis consignavit, literis complexus est, publicis literis prosecutus est, in commentários retulit, annalium monumentis commendavit. Qui studiū suum consumpsit in virorum fortium factis memoriæ prodendis. Prudentissimus annalium conditor; Qui res præclarè gestas ingenii viribus ab interitu vindicavit.

Histrio. Syn: Mimus, comœdus, præstigiator,

veterator *Adj*: Feſtivus, ſcænicus, argutus, novus, induſtrius. *Phr*: Scænæ artifex, Quis jam Cato tam rigidus, quis caperatæ adeo frõtis Fabricius, tam feſtivo ſi interſit ſpectaculo, rugas non remittat?

Homo vel: Terrigena. *adj*: Fragilis imbecillus, induſtrius, inconſideratus, luculentus. *Phr*: Natus in curas. Variis fortunæ caſib9 obnoxius. Quem natura ingenii acumine illuſtravit, & mentis divinô munere cumulavit. Homo, quem vocavit Plato miraculum; Plotinus aliquod omne bonum; Ariſtoteles parvũ mundum; Socrates parvum Deum. Homo occaſio miſeriarum, ipſa calamitas, folium caducum, imbecillitatis exemplũ, temporis ſpolium, luſus fortunæ, mutationis imago, invidiæ & calamitatis trutina. Cum interim, quantos tumultus hoc tam contemptũ animal movet! in quantas cogitationes oblitũ ſuæ conditionis venit! immortalia, æterna, volutat animô: & in nepotes, pronepotesq; diſponit; cùm interim, longa conantem eum, mors opprimit, & hoc quod ſenectus vocatur, pauci ſunt circuitus annorũ. *Sent:* Omniũ animantiũ formã vincit hominis figura. *Cic*: Nos quid ſumus? humiles, imò humus *Lipſ*: Quid eſt homo? niſi ampulla ſangvinis, conſecrata Religioni, Patriæ, veritati. *Radau*: *Simil:* Sicut arborum illæ optimæ, quæ non florẽ ſolum, ſed fructũ ferunt, ſic hominũ; quibus præter

ornamenta doctrinæ, vita etiam est ad frugem.

Honestas: *Syn*: Urbanitas, ingenuitas, comitas, sermonis affabilitas. *Adj*; Gravior, undiq; absoluta, simplex, vera. *Phr*: Vir, cui ingenua agendi ratio. Agrestis admodùm & inurbanus homo. *Sent*: Honestum, si oculis cerneretur, mirabiles excitaret amores sapientiæ. *Cic*: Honestũ etiãsi nobilitatũ non sit, aut etiãsi a nemine laudetur, tamen laudabile est à natura *Idem*.

Honor Syn: Existimatio, dignitas, amplitudo, reverentia, veneratio. *Adj*: Honor amplissimus, popularis, summus, pristinus, usitat9, pervulgatus, eximius, meritus, non vulgaris. *Phr*: Amplissima honorũ nomina. Amplissimos dignitatis gradus adeptus. Magnis honorũ ornatus præmiis, Magna laudũ præmia cõsecutus est. In eo agi putas summã tuæ existimationis. Existimationẽ tuã hìc verti putas. Hoc ego negotium cum laude conficiam. Malè audis. Æternam ignominiæ labem subiisti. inusta est tibi infamiæ nota. *Sent*: Sapiens in populo hæreditabit honorẽ, & nomen illius erit vivens in æternum. *Eccl*: 37. Difficile factu est, ut honor angustis rebus addatur. *Sym*: Non est dignum, ut inde exigas honorẽ, unde refugis laborem. *S. Hier*: Pecunia ex quò in honore esse cæpit, verus rerũ honor cecidit. *Seneca Simil*: Ut non quævis corona quemvis decet victorem, ita non quivis honos quẽcũq; hominem. *Plutar*: *Ho-*

Horologium. Adj: Arenarium, rotatũ, ſciotericum. *Phr*: Machina horaria.

Horrere. Syn: Refugere, abominari, execrari, odiſſe, deteſtari. *Phr*: Simul ac ingreſſus ſum in eum locũ, me horror invaſit. Vel me ingenti quodam perfuſum horrore ſenſi. Illiꝰ rei recordatione perhorreſco.

Hortari. Syn: excitare, impellere, inflammare. *Adv*. Amicè, etiam atq; etiã, magnopere vehementer. *Phr*: Exhortari ad virtutis ſtudiũ. Addere ſtimulos. Mutuâ adhortatione firmari. Ne mihi ſis author hujus conſilii. Ne me rationibus ad hoc incites. Svadere mihi noli, ut id agam,

Hortus. Syn: Viretũ, viridarium. *Adj*: Hortus apricus, florens, ſuburbanus, odoratus, irriguus, ſecretus, umbroſus, placidus, excultus, floridus, voluptuarius, ſeptus. *Phr*: Lætis fructibus luxurians. Arboribus fructiferis circumcinctus. Odoratis herbis cultiſſimus. Nitidis floribus decoratus:

Hoſpes. Syn: Conviva, advena, peregrinus. *adj*: Antiquiſſimus, inimicus cænæ, ſumptuoſus, nobiliſſimus, ſplendidiſſimus, vetus & amicus, acceptus, inurbanus, moleſtus. *Phr*: Benigne humaniterq; excipere. Explere omnes hoſpitalitatis numeros. *Sent*. Hoſpitabitur, & paſcet, & potabit ægrotos; & ad hæc amara audiet. *Eccl*: 29. Socrates admonitus ab amico, quod excepturus hoſpites admodúm te-

nuem feciſſet apparatum reſpondit. *Si boni ſint; ſatis erit: ſin minús plùs ſatis.* Diſce Chriſtiane ſine diſcretione exhibere hoſpitalitatem nè fortè cui domum clauſeris, cui humanitatẽ negaveris, ipſe ſit Deus. *S. Aug:*

Humanitas Syn: Affabilitas, facilitas, lenitas, manſvetudo comitas, urbanitas. *Adj*: Communis, nimia, mira, ſingularis, ſumma. *Phr*: Manſvetudo morum. Comitas affabilitasq; ſermonis. Mores ſvaviſſimi. Vultus ac ſermo in omnes placatus. *Vide affabilitas, comitas.*

Humanus. Syn: Affabilis, blandus, tractabilis. *Phr*: Ei facillimum me præbui. Eos comitate nimiâ colui. Multa alia eruditè ſimul & affabiliter dixit. Nihil illius ingenio commodiùs nihil facilitate tractabilius, nihil eâ lenitate jucundiùs aut elegantiùs habebatur. Quàm ſvavis conſpectus tuus? quam amabilis conſvetudo? quàm blanda converſatio? nemo te aſpexit, cui vidiſſe ſemel ſat fuerit; nemo adivit ſemel, qui adire ſæpiùs non optavit; nemo adivit malus, quem bonum non feceris; nemo bonus, qui melior non redierit; nemo conſilium petiit cui honeſta non ſvaſeris, nemo dubitavit, quem eruditũ non reddideris. Unus ad retroactæ antiquitatis invidiã omnes humanitatis partes implevit.

Humilis. Syn: Demiſſus, abjectus, ſubmiſſus non elatus, vilis. *Phr*: Homo demiſſi animi ſubmiſſæ mentis, ſui deſpiciens. Humilis ſuiq;

con-

contemptor. Se insolentiùs non efferens. Ab omni supercilio fastuq; remotus. Summæ eruditioni, summã modestiã conjunxit. Non in fastum attolitur. Cui Majestas vilescebat, purpura gravis erat, sublimis illa fortuna displicebat, acerba voluptas, odiosus honor, ingratum otium erat. In tantæ Dignitatis fastigio nihilominus quàm cùm privatus ageres intemperantiam oderis & insolentiam, nullis adulatorum vocibus, nullo plausu populi acclamantis elevatus. Absit quidquid ostentationem sapit, quidquid fastum; quin & scientiam suam deprimat verbis & ingenii altitudinem tegat. Serva te ad meliora fata, sed sub tegmine semper & umbra modestæ Virtutis. *Senten*: Rarò navis allisa est, quæ modico velo legit littus *Lips.* Dignum cælo spectaculũ, Rex humilis sub Purpura & modestus sub Corona. *Anon*: *Simil*- Sol cũ est altissimè provectus in Zodiaco, tùm tardissimi motûs est; Ita quó fortuna te subvexerit altiùs, hòc oportet animo leniori, minusq; feroci esse. *Erasm.*

Humilitas Adj: Modica, summa, infima, Christiana, vera & voluptuaria. *Phr*: Animi Christiana abjectio. Sui abjectio. Propriæ vilitatis cognitio. *Sent*: Quisquis cupit Divinitatis tenere fastigia, humilitatis ima sectetur. *S. Ambr*: *Simil*: Sicut magnes trahit ad se ferrum, ita humilitas gratiam & cœlestẽ consolationem. *S. Antonin.*

Hyems vel Bruma. Syn: Extrema, maxima, ſumma, teterrima, frigida, aſpera, pluvioſa, immitis,nivoſa,horrida. *Phr:* Aſperitas hyemis; brumæ intractabilis horror Hybernum tempus. Intemperies Cæli. Hibernantis anni acerbitas. Gelati Decembris rigor. ſuo arbores honore exuit, viduat foliis, ſquallere fata, lugere hortos, concreſcere flumina, montes, ſylvas, tellurem, niveis aggeribus obrui facit.

Hypocriſis. vel ſimulatio. Adj: Inſidioſa, fallax, ſubdola, inveterata, fucata, fraudulenta, iniqua. *Phr:* Virtutis fallax ſimulatio. Simulatæ virtutis fucata oſtentatio. Ars ſimulandi. *Sent:* Hypocriſis ſubtile malum, ſecretum viro venenum latens, virtutũ fucus, tinea ſanctitatis. *S. Chrysol:* In animis hominum multæ ſunt latebræ, & multi receſſus. *Cic:* Fronte atq; vultu ſimulatio facillimè ſuſtinetur. *Id.*

Hypocrita Syn: Aſſentator irriſſor. *Adj:* Facetus, ſtudioſus. *Phr:* Vanus probitatis ſimulator. Simulatæ virtutis vanus oſtentator. Fictæ probitatis commendatione, boni viri ſpeciem ſuſtinens. Vitam bonam adumbrans.Cujus facta orationi non conveniunt; cujus vultus cum oratione non conſentit. Hypocritæ volunt eſſe humiles, ſed ſine deſpectu;benè veſtiti, ſed ſine ſolicitudine; delicatæ pacis poſſeſſores ſed ſine labore; volunt eſſe Judices, ſed ſine authoritate; teſtes ſed ſine viſu. *Sent:* Nemo cautiùs malus eſt, quàm qui abſconditur

ſub-

ſub apellatione pietatis *Ennod*: Tutum eſt iniquitatis exercitium, quod honeſtatis tegitur indumento *Idem*. Nemo poteſt Perſonam fictam diu ferre; ficta in naturam ſuam citò recidunt: quæcunq; autem ex ſolidò enaſcuntur in majus meliusq; procedunt. *Seneca.*

I. I. I.

IActantia. *Syn*: Oſtentatio, faſtus, ſuperbia. *Adj*: Vana, ſtulta, immoderata, ridicula. *Phr*: Sui ſuarumq; rerum inſolens commendatio. Sua ipſius præconia canere, celebrare. Se arrogantius laudare celebrare. Se gloriâ & prædicatione efferre. *Adv*: Inſolentiús, intoleràtius, leniter, turbidè. *Phr*: Nihil unquam de me dixi ſublatius. Facto egregio magnifica verba adauxit. Jactator immodicus ſui æſtimator; Suæ laudis tumidus buccinator; ſuæ gloriæ faſtuoſus prædicator. Laudabat venditabatq; ſe homo ineptè glorioſus. Cujus oratio utrium inſtar inflatur, ſolis promiſſionibus dives, omnia ſibi arrogat, omnium indiga; verborum audaciſſima, cæterum pavida & imbecillis. *Sent*: Mirabile jactantiæ genus, ut non poſſis putari Sanctus, niſi ſceleratus appare-

pareas. *S. Bern*: Nihil eſt quod magis diminuat laudis præconium, quàm ſuos aſſiduò jactare ſucceſſus, & ſingulis diebus anni, vendere diem unũ. *Valer: Max:*

Idololatria Phr: Idolorũ cultus. Falſorũ Deorũ ſacrilega veneratio. Vana ſuperſtitio. Impius cultus cõmentitis Diis adhibitus. *Idololatra* inſanus, cultor ſacrilegus. *Idolum*. Commentitius Deus. Ficti Numinis Imago. Adſcititia larva mentitæ Divinitatis.

Jejunare Phr: Cibis abſtinere, Sacrũ Jejunium colere. Religioſis diebus jejunum eſſe vel jejunũ agere. Inediã ſuſtinere. Tolerare jejuniũ. Inediâ corpus macerare. Ternos hos dies jejunus agam. Nulla eſt vino ciboq́, nimio ſapientiæ capitalior hoſtis, quantoq́; minus corpus alitur, tanto magis animi vires excitantur.

Jejunium Adj: Langvens, triſte, durũ, acerbum, moleſtum, pium, Sanctũ, Deo gratum, acceptum. *Phr*: Sacri jejunii dies. *Sent*: Melius eſt ſtomachũ tuũ dolere, quàm mentẽ: imperare corpori, quàm ſervire: greſſu vacillare, quàm pudicitia. *S: Hieronym*: *Vide abſtinentia.*

Ignauus. Syn: Deſes, iners, piger, vecors, imbellis, ſocors, ſegnis, veternoſus, oſcitans, diſſolutus. *Phr*: Torpore langvens: Jgnaviæ labe infectus. Deſidioſam vitã agens. Vitam luxu atq́; inertiâ tranſigit; nihilq́; agit, quo ſe ho-

hominem esse testetur; adhuc nemo extitit, qui solius ignaviæ passibus, ad immortalis gloriæ fastigiũ evaserit. Nec Alpes Annibali, nec juga sublimioris famæ citra sudorem ulli patuêre. Carò emitur, nec facilè molli committitur ingenio Nomen immortale. Odit in ertẽ gloria, nec inertiæ manibus, benè tanti pretii gemma teritur. *Sent*: Nihil agere semper infelici est optimũ. *Sen*: Ignavia magnorũ ingeniorum sæpè pestis *Lips*: Ignavia & superbia, duæ pestes Juventutis. *Idem* Qui nihil agunt, mortui ambulant inter vivos. *Id*: Desidia humectat, & imbecillũ corpus, fluidumq́; reddit: labor siccat, & robustũ, strictumq́; corpus facit. *Hippoc: Simil*: Ut lignũ occulta teredo consumit; sic animũ delimat paulatim, & exedit ignavis affectus *Lips*: Ut aquæ diutino situ vitiũ contrahunt, sic nostri animi assidua sessione, vel quiete. *Id*: *V.Otiũ.*

Ignis Syn: Flamma, rogus, incendium. *Adj*: Ignis clarus, exiguus, æthereus, artificiosus vitalis, salutaris, damnosus, vehemens, rapidus, scintillans, vorax, flagrans, edax penetrabilis, lentus. *Phr*: Ignis confector & consumptor omniũ Flammarũ violentia. Carbonarius ignis. Ignitæ exhalationes, volucres flammæ, igne celeriter concepto, late fundit incendiũ. Ignem ex silice excutere. Omnia urbis compita, festis colluxêre ignibus.

Ignorantia.Syn: Inscitia, imperitia. *Adj*:Crassa,

ſa, rudis, turpis, noxia, ſupina. *Phr:* Omnis eruditionis expers. Intelligentiâ & rerum cognitione peregrinus & hoſpes. Literarum rudis *Sent:* Non parum cognoviſſe, ſed in parùm agnito ſtultè & diu perſeveraſſe turpe eſt. *Anon: Simil:* Sicut vinum alios hebetiores reddit, alios acutiores, alios elingves facit, alios loquaculos pro corporũ habitu, ita eadem ſtultitia & ignorantia veri, quoſdam incitat ad ſtudiu pecuniæ quoſdam ad voluptates. *Ariſt:*

Ignoſcere. Syn: Parcere, indulgere, condonare. *Phr:* Noxam remittere. Veniam roganti concedere Illius noxæ tibi veniam do. Culpã illam tibi condono. Ad nimiam lenitatẽ incumbis. Plus juſtò benignus. Hunc meum errorem ſi mihi condonaveris, ego officiis âbundè penſabo. *Sent:* Magna gloria eſt, ſi cui potuiſti nocere, parcas. *S, Bernard:* Non dedignetur quod fecit Chriſtus, facere Chriſtianus. *S. Aug:* Explicatio Myſtica literarum ſuper Caput Xſti in Cruce *J: N. R. J. Injuriæ, Ne, Recorderis, Illatæ,* (Steph: à S. Paulo.

Imitari. Syn: Simulare, adumbrare, exprimere, ſequi exequi, effingere, æmulari. *Phr:* Aliquid imitatione exprimere, Digna eſt ejus virtus, quam imitatione exprimas, quam tibi proponas ad imitandum. Tu ſimilitudine illius Divini ingenii in eadem incurris veſtigia. Patris ſui veſtigia ingreſſus. Detorſit gravi-

vitatem Catonis, ardorem Callæ, ſapientiam Lælii, Philippi aculeos, Lepidi ſtylum, Julii facetias, carbonis profluentiam.

Imitatio. Phr: Scriptorum veterũ expreſſio. *Sent:* Sit nobis vita majorum, diſciplinæ ſpeculum non calliditatis commentariũ: imitandi reverentia non diſputandi aſtutia. *S. Amb:* Homines bonos imitare, malos tolera, omnes ama. *S. Aug:* Imitati eſtis erranté, imitamini & correctũ. S. *Hier.*

Immortalis. Syn. Æternus, perpetuus, perennis. *Phr:* Nullo ævo periturus. Cujus vivit immortalis memoria. Vigebit in multos annos multis teſtata expreſſaq; recte factorum monumentis. Ipſe tibi tuis ſcriptis extruxiſti monumentũ ære perennius. Vindicabis ab oblivione tui memoriam. *Vide Gloria, Laus, Virtus.*

Impedire Syn: Obſtare, excludere, prohibere vetare, reſiſtere, reluctari. *Phr:* Alicuius votis obeſſe. Alicui officere. Nulla exorietur mora, quò minus id fiat. Deduci non potuit, quò minús id ageret. Illum ab ingreſſu prohibebo; aditu excludam, timeo ne tibi aliquid impedimenti afferam. Ne tibi negotium faceſſam. Victoriæ curſum morbus moratus eſt. Ignem ab ædibus prohibui. Peſte præſentiſſimâ Rēpublicā liberavit. Ejus furorem compreſſi.

Impenſa. Syn: Impendium, ſumptus, jactura. *Adj:* Multa, annua. exigua, nimis magna, tā-

ta

ta tamq́; profusa. *Phr*: Impensæ in persequẽdas lites. Alienis impendiis sibi parat cõmoda. sumptus ingentes fecit. In quos sumptus tantam pecuniam convertisti ? Homo justò sumptuosior litis impendia bonâ fide facta. Si quid opus erit, in sumptum erogabo.

Imperare. Syn: Jubere, edicere, præcipere. *Adv*: Gratis, publicè, justè, latè, *Phr*: Optimè suo gregi præfuit. Quàm bene humeris tuis sederet imperium. Edicere profectionem. Jubere ut vasa colligant ad profectionem. Fac quod jussus es. Jussus arma capere. Ad præscriptũ omnia gessit. In me nullum tibi imperii jus. Nihil in me juris habes: Illud à me non acceperas in mandatis.

Imperium. Syn. Jussio, edictum, præceptum, mandatum. *Adj*: Clarissimum, consulare, moderatũ, Divinũ, legitimũ, honorificũ, ventosum, militare, molestũ, justum. *Phr*: Imperiũ pænâ sancitũ. Edictum sanctione firmatum. Imperium est vinculum, per quod Respublica cohæret tenaciter, sine quo illa nil nisi onus est, nil nisi præda est. *Sent*: Hæc tria plurimũ faciunt ad stabiliendum imperiũ: Majestas, Gravitas, Beneficentia. Majestas parit reverẽtiam, gravitas metum; beneficentia benevolentiam. *Philo* Ut in corpore sic imperio gravissimus est morbus, qui à capite diffunditur. *Seneca* Ut non queas cognoscere vas, integrũ sit, nec ne, nisi liquorem infuderis; sic nec homi-

mi-

minem nisi imperiũ commiseris. *V. Belli Dux.*

Impius. In Divina injuriosus; in sacra scelestus. Infeliciter cum Deo bella suscipit. Qui se totum Dœmoni devovet, consecrat mancipat. *Vide Improbus.*

Importunus. Phr: Nolo tibi esse importunus, molestus gravis. Nolo tibi negotiũ facessere. Nolo te afficere incommodo.

Improbus. Syn. Sceleratus, nefarius, pessimus *Phr:* Multis flagitiis contaminatus. Omni vitiorum labe coinquinatus. Promptus ad vim Audax ad omne facinus; ad audendum projectus. Ab omni honestate alienus. Cujus oculi libidine, lingva maledicentiâ animus malitiâ, aures spurcitiâ, manus truculentia, reliqua tota vita omnium flagitiorum sordibus est oblita.

Imprudens. Syn: Incautus, improvidus, inconsultus, inconsideratus, ignarus, errans. *Phr:* Cui deest consilium. Inops rationis & consilii Propensus ad temeritatem. Nimis in agendo præceps. In quo inconsiderata agendi ratio. Præcipitis consilii.

Impudens Syn: Inverecundus, effrons, procax, protervus, temerarius, audax. *Phr:* Pudorem exutus. Perfrictæ frontis homo. Qui verecundiæ fines transiit. Omnem humanitatis sensum à se penitus abdicavit. Humanus animus postquàm verecundiæ fines semel transire coactus est, in insolentiam dilabitur. *S. Chryost:*

Im-

Impudicus. vel Contaminatus Impurus. Phr: Homo plenus ſceleris; qui in cœno omnium turpitudinũ volutatur. A cujus corpore nulla libido, a cujus ſceleratiſſimis moribus nullum flagitium abfuit unquam. Impudicus oculus, impudici cordis eſt nuntius. *S. Aug:*

Incendium vel flamma Phr: Univerſæ urbis deflagratio. Incendiũ excitare. Faces admovere, ſubdere, Incendiarius. Incendii auctor.

Incipere Syn: Inchoare, inſtituere, ordiri, aggredi. *Phr:* Initium rei facere, ducere, ſumere; fundamenta jacere: Aliquod negotium adoriri, exordium ſumere; Bonis initiis exorſus es. Benè tibi habent principia. Inauſpicatô inſtituere. Ut incipiendi ratio fuerit, ita ſit definendi modus. Ut male poſuimus initium; ſic cætera ſequentur. Repetere initium amicitiæ. Sit fauſtum & felix, quod aggrederis. Bene vertat, quod agis. Faveant ſuperi tuis conatibus. Artis prima rudimenta. Sub initium, circa exordium. *Sent:* Solicitudinis plena ſunt cæpta donec perducantur ad finem *S. Aug.* Omne bonum quod incipimus etiam perſeveranti fine compleamus. *S. Gregor. M.* Quidquid intentione vanâ incipitur bono fine raró conſummatur. *Trith:* Qui proficere vult, omni die incipere debet. *Thom: à Kem:*

Incitare. Syn: Solicitare, impellere, hortari, invitare, inflammare, inſtigare, permovere. *Adv:* Aliunde, effrenatè, temerè. *Phr:* Alicui ſti-

ſtimulum addere, calcaria adhibere. Domeſtica gloriâ accenſus ad prælium. Vultus tuus te oculiq; ejus pepulerunt. Hoſtem ad pugnam elicere. Me ad ultionem provocat. Donis pellicere, ineſcare. Tuus hic adventꝰ tanquam hortator quidam atq; impulſor, ingenia noſtra expergefecit, excitavit ſtudiũ, induſtriam axacuit, ut in cunctis reviviſcente cupiditate ſciendi &c.

Inconſtans. Syn: Levis, mobilis, mutabilis, fluctuans, inſtabilis, volubilis. *Phr*: Cujus voluntas flexibilis. Arundine ventis omnibus obnoxiâ levior. Non ſibi conſtãs. Suſceptum conſilium abiicere. Mentem ſuam voluntatemq; mutare. Varia vitæ commutabiliſq; ratio. Cujus ingenium per ſe latens, multiplex ac tortuoſum. Conſiliorum inſtabilitas. Flexibiles hominum Voluntates. *Sent*: Maximum judicium malæ mentis eſt fluctuatio. *Seneca Simil*: Ut æſtum maris aut decrementa Lunæ magis ſentiunt imbecilliora corpora; ita rebus contrariis vehementius cõmovetur animus minùs ſibi conſtans & affectibus vitiatus. *Eraſm*.

Indicare. Syn. Declarare, nuntiare, ſignificare, patefacere, expromere, perſpicuum facere. *Adv*: Ridiculè, apertè. *Phr*: Mentem ſuam aperire. Animi ſenſus expromere Inſidias mihi paratas detulit. Res occultas in lucem proferre Non ſupprimenda reserat ſed divul-

ganda

ganda. Rem tibi elocutus sum omnem Prodicionis conjurationem indicio suo detexerat. De re in vulgus promulgata loquitur. Datæ literæ manifestum facinus fecêre. Perspicuus erit meus in te amor. Indicia mei in te studii præbebo. Ex apertis & minimè dubiis argumentis, animum meum, *vel* voluntatem meã cognosces intelliges, perspities conijcies. Mentem meam oratio non assequitur. Quod sentio eloqui non possum.

Indoctus Syn: Illiteratus, imperitus. *Phr.* Bonarum artium rudis. Hebes ingenio, ad literas politioremq; cultum ineptissimus. Ex imperitiæ tenebris pedem necdum excussit. Melioris literaturæ rudis. Nè Æsopum quidẽ trivit: Musas é limine nondum salutavit. Eorum quæ sunt in literis præcipua, nihil compertum habet. Hujus doctrinam esse plebeiã, árreptam è trivio. Qui nihil solidum immittunt in animum.

Infamia Syn: Ignominia, labes, probrum, cõvitium, contumelia. *Adj:* Turpis, probrosa, ingens. *Phr:* Turpitudinis, infamiæ nota. Dedecus æternum. Dispendia famæ. Æternam ignominiæ labem subibis. Ipse te asperges atque inquinabis ignominiæ maculis. Ijs nomen tuum sordibus afficies, inquinabis, insperges, quas nulla delebit dies.

Infamis. Syn: Turpis, famosus, probrosus, inhonestus. *Phr:* Omnium scelerum libidinũ

que

que maculis notissimus. Infamiæ nota aspersus. Se gravissimâ infamiâ levare. Res probrosa cum dedecore conjuncta. Infamiã suo nomini inurere. Existimatione minutus. Famosus. Cui dedecus hæret infamiæ. Insignem inurere turpitudinis notã.

Infelix: Syn: Miser, infortunatus, ærumnosus, afflictus, infaustus, sinister. *Phr.* Iniqua fortuna vexatus. Fatis acerbis, duris casibus âctus. Rebus acerbis concussus. Quem infelix fortuna premit. Omnibus exagitatus malis, infortuniis. In ultimũ discrimen in deterrimã omniũ conditionẽ adductus, dejectus deturbatus. Pessimè mecũ agitur. Prospero felicitatis humanæ cursu navigantẽ, secunda popularis favoris aura defecit.

Infernus: Syn: Erebus, orcus, avernus. *Adj:* Ater, horrendus, immanis, tenebrosus, teter, stygius. *Phr:* Immanes Erebi hiatus. Ultrices flãmæ. Perennatura damnatorũ supplicia. Beati in rosis æternã quietẽ, illi in flãmis æternũ dolorẽ. Hi conversationẽ amabilem illi stridorem dentium horribilem, hi natant in gaudio illi raptantur in incendio. Ignis Infernalis sic absumit ut servet, sic servat ut cruciet. *Cassiod:* Infernus est officina luctuum. *Joan: Dam.*

Ingeniosus. Phr. Excellenti ingenio præditꝰ. Summâ ingenii laude præstans. Egregio à natura instructus ingenio. Acer investigator

rerũ. Non vulgari ingenii dexteritate conſpicuus. Ingenii dotibus cumulatiſſimus. Feliciſſimo natus ingenio. Perurbano & maximè feſtivo ingenio. Ad literarum & ſapientiæ ſtudia capax omnium diſciplinarum ingenium contulit.

Ingenium Syn: Induſtria, ſolertia, docilitas. *Adj*: Acre, acutũ, excellens, acerrimum, præclarũ, divinũ, eximiũ, præſtantiſſimũ, idoneum. fœcundiſſimũ, hebetiſſimũ, verſatile, excultũ, generoſum. ſublime, calidũ. *Phr*: Ingenii acies, Excellens ingenii magnitudo. Incredibilis quædã & Divina vis ingenii. Alta indoles animi. Ingentibus negotiis par. Celeres ingeni motus, ad excogitandũ acuti, ad explicandum, exornandũq; uberes, ad memoriã firmi atq; diuturni. *Sent*: Ingeniorũ non minor, quàm corporum varietas. *Scriban*: Sæpe ſumma ingenia in occulto latent. *Plaut*: Nullum ingenium poteſt eſſe magnũ, antequã habeat aliquid admiſtum furoris. *Seneca* Intollerabilis in magno ingenio felicitas eſt. *Id*. Nullũ magnũ ingeniũ ſine mixtura dementiæ *Idem*. Sine vera pietate & religione omne quãvis laudabile ingeniũ ſuperbiâ vaneſcit & decidit. *S. Aug*: Grandes materias ingenia parva non ſuſtinent. *S.Hier.Simil*: Sicut ignis quo clarior fulſit citius extingvitur ſic ingenia quó illuſtriora, eo breviora ſunt. *Sent*. Ut quis ſpinas habet in pedibus, ubiq; ſpinas cal-

calcat, ita ſterili ingenio omnis materia ſterilis eſt. Niſi oleum inſtilles continenter extingvitur lucerna, ſic exinanitur ingenium adoleſcentis, ſi lectionis illi ſubtrahas alimentū.

Ingratitudo. Phr: Beneficiorū ingrata memoria. Mentis ingratæ ſcelus, acceptorū oblivio, Ingrati animi ſignificationes. *Senten:* Ingratitudinis eſt, beneficium non recognoſcere, gratias non referre, nec vicem pro poſſe rependere *Dyon: Cart:* Ingratiſſimū damnabiliſſimūq́; eſt, ſi benefactori grates, & vicē non rependamus. *Idem.* Non eſt dignus dandis, qui eſt ingratus datis. *S. Aug:* Ingratus eſt qui diſſimulat, ingratus, qui non reddit, ingratiſſimus omniū, qui oblitus eſt. *Sent:* Gratum hominem ſemper beneficiū delectat, ingratū ſemel. *Idem.*

Inhumanitas. Syn: Immanitas, acerbitas, ſævitia, feritas. *Adj.* Moleſta; crudelis, immoderata, inhoſpitalis. *Phr:* Intractabilis animus, atq́; horrida quædam vis, immanis agreſtiſq́; naturæ. Humanitate deſtitutus. Humanitatis expers, immemor. Qui exuit omnē humanitatem, Vitæ communis ignarus. A cultu atq́; humanitate longè abeſt. *Vide crudelis durus.*

Inimicitia. Syn: Simultates, alienatio, diſſidium, odium, diſſenſio, disjunctio. *Adj:* Summa hoſtilis, implacabilis, improba, inimicitiæ veteres; graves, periculoſæ, apertæ *Phr.* diſcordia nocendiq́; ſtudium. K2 *Ini-*

Inimicus, *Syn*: Adverſarius, hoſtis, infeſtus, infenſus, iniquus. *Adj*: Acerbus, potentiſſim9, ſatis vehemens, moleſtus. *Phr*: Inimico in me eſt animo. Mihi infenſus eſt. Adverſariū illū habeo gravem & infenſum. Totus incumbis in meam perniciē, oppugnas me quam vehementiſſime potes. Cum illo inimicitias exerces. Graves mecū, habet, & gerit inimicitias. Ei nemo inimicitior, quám ille, Nunquā hoſtem contemne, contemptus neglectum parit, inde clades & quævis mala. *Sent*: Ab inimicis tuis ſepara te *Eccl*: 6. Quæ peſtis efficatior ad nocendū, quā familiaris inimicus? *Bôetius*. Inimicitias tarde ſuſcipè, amicitias exerce moderatè. *Seneca Simil*: Ut hoſtis ſemper imminens muris in cauſa eſt ut vigilet ac ſobria ſit civitas; ſic inimicus obſervans quid agas, facit, ut nihil agas, dicasve temere. *Plutarch*:

Injuria. *Syn*: Convitium, contumelia, probrum, opprobrium, maledictú, noxa, damnū, injuſtitia, iniquitas. *Adj*: Acerba, publica, intolerabilis, inulta, impunitaq; indigniſſima, atrox, ſuperior, moleſta. *Phr*: Aliquē convitio afficere, petere, pungere, maledictis appelere, lacerare, proſcindere, contumeliis vexare. Voces contumelioſas jacere, congerere. Omne convitiorum genus in me congeſſit. Acceptas injurias voluntaria oblivione contere-re, delere ex animo. *Plautus* ingenioſè con-

gve-

qvestus est: *Ita sunt omnes nostri cives; si quid bene facias levior pluma gratia est, si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.* Amicitiarum tenax, in offensis exorabilis, in accipienda satisfactione facillimus. *Sent:* Quos manet gloria expectat injuria. *S. Ambr:* Gloriosius est injuriam tacendo tolerare, quam respondendo vīdicare. *Beda.* Si contra veritatem injurias pertuleris, lucrum puta. *S. Greg: M.* Viri magnanimi fortitudo gravioribus injuriis lacessita grandescit. *Petr Bles:* Memoria beneficiorum fragilis, injuriarum tenax. *Seneca.* A quo accepisti injuriam ? ab homine an à malitia hominis? ab ista dices, ergo in illam irascere, illam perde, non hominem. *Nieremb:* Quidquid profers, ne parcas aliis, contra te profers, ne parcat tibi Deus. *Anonym: Simil:* Quædam remedia tristiora sunt ipsô morbô, ita quandoq; satius ferre injuriam, quã majore incommodo ulcisci. *Vide convitium.*

Innocens. Syn. Integer, insons, innoxius, inculpatus. *Phr:* Qui est extra culpam. Quem non acta turpitudo vitæ, non depravata ætatis malitia, sed invidia, sed furor malevolorũ deijcere conatur. Nullius probri compertus, A culpa vacuus. *Sent:* Ubiq; innocentia tuta est. *Senec:* Vera felicitas innocentia est. *Idem.* Si innocentes nobis simus, nullus nocebit. *Nieremb:* Apud Deum vita longa, non optima, sed innocentissima *Lips: Simil:* Ut ignis in aquam

aquam conjectus continuo restinguitur, & refrigeratur, sic ferens falsum crimen in purissimã & castissimam vitã collatũ, statim cõcidit & extingvitur. *Cicero.*

Inobediens. Syn: Immorigerus, rebellis, contumax, protervus, petulans. *Phr:* Jugum disciplinæ detrectat. præpositis suis non gerens morẽ, obsequiũ denegans. *Sent:* Nulla virtꝰ nullum virtutis opus domino placet, si vitio inobedientiæ contaminetur. *Blos: Simil:* Ut navis discordibus acta ventis, sic hominis vita contrariis & inter se pugnantibus vitiorũ flatibus agitata in omnẽ flagitiorũ turpitudinem præceps ruit, & omnem obedientiam spernit.

Insolens. Syn: Procax, petulans, audax, temerarius. *Phr:* furore atq; amentia incensus. Omni insolentiâ affluens. Eo insolentiæ progressus nullius ut virtutem ferre possit.

Intellectus. Syn: Mens, animus, ratio, ingeniũ. *Adj.* Acutum, perspicax, hebes, *Phr:* Intelligendi facultas. Rerum existentium perceptio. Ingenio valens. Intelligendi multà facultate præditus. A mente discessit. Mens eũ & ratio destituit, deflectit. Hanc artem apprimè novit. Artis præcepta penitus habet perspecta & cognita. *Sent:* Non distas à pecore nisi intellectu *S. Aug:* Erroris præoccupatio impedit veritatis intelligentiam. *Idẽ. Simil:* Sicut instrumenta artis cum non exercentur diu, hebetantur & rubiginẽ contrahentia de-

stru-

ſtruuntur; ita & intellectus habetatur ſi torpeſcat deſidia. *Vide cognoſcere.*

Intemperantia vel immoderatio. *Adj*: Multa, moderata, tanta, *Phr*: Imbecilliorē te reddit minimè moderatæ vitæ ratio. Minus te firmũ ac validũ reddit tua enormis vitæ incontinētia. Minus te corpore valentem facit tuus immoderatæ vitæ ſtatus. Valetudine te infirmiorem facit tua inordinata vivendi ratio.

Intentio Syn: Conſilium, ratio, voluntas. *Adj* Bona, prava, recta, optima, ſincera. *Phr*: Facti ratio ex conſilio petitur. Quo quidq; animo factum ſit conſiderandum eſt. Quo ſpectat animus tuus? quo animũ refers? quo mentē intendis. Hac ſemper mente fui, ut nemo &c: Suum mihi conſilium expoſuit, animũ aperuit, ſuam mentem declaravit. *Sent*: Facies animæ, intentio eſt. *S. Bernard*: Corpus quidem tuum incedat in terra, anima autem ſemper ſit apud Deum *Anonym*: *Simil.* Sicut lucerna, corporis eſt oculus carnalis lucens toti corpori, ità per radiũ intentionis illuſtrantur merita actionis. *S. Greg. M.*

Intercedere, vel *Intervenire Phr:* Prece & deprecatione uti. Alicui pœnam deprecari. Veniæ rogandæ Patronus. Impetrandi beneficii ſuffragator. Patronus rebus interverſis. *Sent*: Sanctorum quò majora merita, eò tutiora ſunt Patrocinia. *S*: *Ambr*. Officium Sacertii eſt intervenire pro reis. *S. Aug.*

Iu-

Invidere. Phr: Invidiâ cruciari, tabeſcere, vexari, confici. Alienis bonis indolere. Livore maligno confici. Invidiâ disrumpi. Plurimi ſunt, quos mea felicitas angit, excruciat malè habet. Multos in invidiam rapit honor meꝰ. Multorum animi in me malevolentiâ ſunt ſuffuſi. Quos mearum rerum florens ſtatus malè habet.

Invidia. Syn: Malevolentia, invidentia, offenſio, odium, livor, *Adj*: Aliena, communis, inveterata, vehemens, juſtiſſima, magna, popularis, recens, diuturna, ſumma, noxia, infelix, implacata, inſomnis, irrequieta. *Phr*. Invidiæ metus. Obtrectatio gloriæ alienæ Tantū invidiæ concivit. Nulla tam modeſta felicitas eſt, quæ malignitatis dentes vitare poſſit. Nō pateo invidiæ telis Extra invidiæ jactum! Jlle tam clarus, tamq́; ſplendidus voluptatis publicæ apparatus, invidiæ noxios non effugit oculos. Gliſcentis invidiæ felle flagrans. Quos ira invidiaq́; tanquam tædis ardentibꝰ inſectatur. Nec ſibi ſanos, nec alios ſedatos eſſe patiuntur. Claros & excellentes viros continenter mordent, vexant; lacerant. Invidia eſt triſtitia de bono Proximi. *S. Th. Aquin*. Nulla eſt tam fortuna robusta, quam non labefactet invidia. *Nieremb*. Livor & obtrectatio, paſſim bonorum operum impedimenta, aut venena. *Lipſ. Simil*. Ut ferrum ærugine conſumitur, ſic invidi ſuopte ingenio. *Plutar*:

Ubi

Ubi nullum lumen, ibi nulla umbra; ita ubi nulla felicitas, ibi nulla invidia. *Idem.*

Ira Syn. Iracundia, indignatio, vindicta, rancor, rixæ, jurgia, dolor, odium, furor, bilis, rabies. *Adj.* Acerbior, inveterata, recens, noxia, impatiens, trux, præfervida. Natura præceps in iram, & quò obſcurior, eò irrevocabilior: Altæ gravesq; inimicitiæ Ira in animo inveterata. *Phr.* Iræ vis impetus; irarum æſtus, veſania. Cæcus mentis furor. Præcipitans & excæcans mentem. Comes indiviſa furoris. Gravis *vel* levis iræ motus. Dum deferveſcat ira. Ulciſcendi libido. Animi ad iram facilitas. Ad ſubitam iram proclivitas. Ad iracundiam ſubita propenſio. Strictus concitati animi furor, ulciſcendi libidine fervens. Inordinatus appetitus vindictæ. Memoria injuriarum alte animo impreſſa. Cupiditas doloris rependendi. *Sent:* Virum ſtultum interficit, iracundia. *Job.* 5. Humanum eſt turbari & iraſci & iram incurrere bonorum & malorum communis eſt conditio, ſed in ira perſeverare diabolicū eſt. *S. Aug:* Homo iratus non eſt homo, ſed incipiteſſe beſtia. *Sent. Bern:* Sæpiſſime lenta ira Dei meditatur tē peſtivum ſupplicium. *Nieremb. Simil.* Jgnis facile accenditur in paleis; ſed idem mox extingvitur, ſi nihil addas. ſic iræ amantium, ſi nemo ſe admiſcuerit. *Plut.* Ut primis Nuntiis non ſtatim creditur; quemadmodum Phocion

Athe

Atheniensis nunciatâ Alexandri morte: *si hodie* (inquit) *mortuus est & cras & perendiæ mortuus erit*: Ita non statim iræ fidendum dicenti: *Ille mihi fecit injuriam* Sed proferenda fides in dies aliquot.

Iracundus. *Syn*: Fervens, irascens, amarus, acerbus, rabiosus, difficilis, asper morosus. *Phr*: Pronus in iram. Levi de causa inflammatur. Plenus irarum minæq; Ira tumens. Ira & indignatione exardens. Iræ tenax. Commoto iratoq; animo exiliens. Iracundus etiam si mortuum suscitet, nulli placet. *Beda*. Iræ atq; indignationis faces alicui admovere. Ille me tibi fecit iratum. Cum iracundia nunc ardeat, lacessendus non est, Illius ira deferbuit consedit, conquievit, remisit.

Iris. Discolor, decora, nimbosa. *Phr*: Arcꝰ Cælestis varios colores indutus. Mille trahens varios adverso sole colores.

Jucundus. *Syn*: Hilaris, amænus, dulcis, svavis, festivus, lepidus, jocosus. *Phr*: Homo hilari animo & prompto ad jocandum. *Vide Gaudere Lætus*.

Judex. *Syn*. Arbiter, disceptator, æstimator. *Adj*: Idoneus, æquissimus, integer, justissimꝰ. attentus, Religiosus, incorruptus, inexorabilis. *Phr*: Justitiæ Arbiter. Juris disceptator. Qui rectum animi sensum in judicando sequitur. Qui recta judicii exercet. Judicis fidem pretio labefactare conatus est. *Scinduntur* judi-

dicum vestes, sed mentes obdurantur. lavãtur manus, sed animus sacrilegâ crudelitate coinquinatur &c: Efficax recti persvasio est, innocentia Judicis. Quibus Judicis libram cõcessit (Deus) ab iis voluit merita ponderari non munera. *Sent*: Boni Judices Pâtres sunt Pauperum. S. *August*: Hodie omnia venalia sunt; Frustra apud curiales de testimonio cõscientiæ, de venustate morum, de torrente eloquentiæ, nisi pretiò interveniente confidis. *S. Antonin.* Acceptio munerum prævaricatio veritatis est. *Idem. Simil.* Ut sol non est alius Pauperi, alius Diviti, sed omnibus communis, ita Judex personam spectare non debet, sed rem. *Erasm*:

Judicare. Statuere, decernere, æstimare, arbitrari, censere *vel* Jus dicere. *Adv.* Aperté, acrius acutius, incorruptè, integrè, diligentiús, exploratè; gravissimè, religiosè, severè, usquequaq; *Phr*: Justo librare examine. Ex æquo & bono judicare. Æqua Judicii lance perpendere. Ad exactissimam æquitatis amussim exigere. De aliqua re cognoscere, discepta re, judicio decernere. Es in judicando præceps. In pronuntianda sententia præcipiti abducitur impetu. Difficile est cum præstare omnibus concupieris, servare æquitatem:

Judicium Syn: Existimatio, sententia, cognitio, notio. *Adj*: Judicium grave iniquũ, corruptum, falsum, insolitum, non obscurũ,

præſens, ſummum, certiſſimum, maturum, minús firmum, ſtabile, integrum; liberum, perpetuum, ſincerum, ratum, notiſſimum, novũ, veriſſimũ, tacitũ, Sanctiſſimũ, ſeverũ. *Phr:* Facultas judicandi. Extremæ diſceptationis judiciũ. Nondũ es maturo judicio. Judicio minús firmo præditus: Judicii expers. Conſilium & Prudentia in homine illo deſideratur. Vir acri admodũ Judicio Homo ſapiens & conſultus. Judicii laude conſpicuus. Limati & politi Judicii.

Juramentum. Syn: Jusjurandum, Sacramẽtum, Fides, Religio. *Adj:* Juramentũ ſolenne, Sanctũ, inviolabile, tenax, legitimũ. *Phr:* Conceptum Jusjurandum adhibitis execrationibus, adjectis diris, interpoſitis imprecationibus. Solennis formula Jurisjurandi, Jurisjurandi Religio, maximum & Sanctiſſimum Fidei vinculum. *Sent:* Veritas non indiget Juramento, *S. Bern.* Juramentum contra bonos mores non obligat. *Gloſ: Decr.* Juramentũ eſt ſicut medicina, quæ non ſemper accipitur, ſed neceſſitate. *S. Th: Aug,*

Jurare. Phr. Jusjurandum interponere. Per Sancta quæq; Sanctè, adjurare. Jurejurando ſe obſtrinxit. Ad juramentũ adigere. Falſo juravit. *Sent.* Periculoſum eſt jurare, uſus enim jurandi, facit conſvetudinem perjurii. *S. Bern:* Nulli minus creditur quám ei, qui frequenter jurat. *Theoph:*

Ju-

Jurisconsultus. *vel* Juris peritus. Interpres Legum. Juris scientissimus. Legum ænigmata, & Juris nodos solvens. Legum peritia insignis. In Jure optimè versatus. Civium dissidentium lites contentionesq́; sopire studens. Juris consultorum plurimi, Leges ut ceram habent, *Lips.*

Juris Prudentia. *Phr:* Ars juris & æqui. Studium Juris Civilis: Juris legumq́; cognitio Juris Prudentia, est Mater benigna, leges procreat; Matrona severa est, transgressorib9 pænas irrogat; Regina placida est, observatores præmiis accumulat.

Justitia. vel æquitas. *Adj:* Summa, temperata, nimia, perspecta, mirifica; rigida, & immota. *Phr:* Regula summæ rectitudinis. Constituenda est & opibus firmanda publicæ salutis Anchora? hanc constituit & firmat Justitia. Sananda belli vulnera? Sanat Justitia. Pax & concordia inter cives alenda & fovenda? fovet & alit Justitia. Domina & Regina omnium virtutum. Conservatrix humanæ societatis & vitæ communis; Quæ originem suam de Cælo traxit; in elementis conspicitur; in corpore hominis cernitur, deprehenditur in animo, in anni observatur tempestatibus, cæteris rebus notatur: *Senten.* Usq́; ad mortem certa pro Justitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. *Eccl:* 4. In Justitia virtutis splendor maximus. *Cic:* Bea-

ta

ta Regna ubi regnat Justitia. *Alam:* Multi sunt Justitiæ rectores, sed pauci Justitiæ amatores. *S. Aug. Simil.* Ut in cythara si vel unica fides discrepat, concentus & harmonia tota perit, sic Justitia si in uno aliquo delinquat. *Lipſ.*

Juſtus. Syn. Æquus, rectus, innocens. *Phr:* Æqui observantiſſimus. Juſtitiæ cultor- Fungens officiis Juſtitiæ. Æquū ſe præbens. Omniū ætatis ſuæ juſtiſſimus. Inſigni incorruptaq; æquitate. Facilius a curſu ſuo ſol, quā hic ab æquitate averti poteſt. Nemo juſtꝰ eſſe poteſt, qui mortē, qui dolorē, qui exiliū, qui egeſtatē, aut quæ his ſunt contraria æquitati anteponit. *Cic:* In ſummo iſto Patriæ Tribunali; quaſi clavū Juſtitiæ tenes; tenes autem ita, ut (quod admirabile) in tam varia & diffuſa Jurisdictione, effugeris non ſolum querelas bonorū, ſed etiā calumnias improbrorum, Nec unquam ſalutarem dextram tuā aut bonis defuiſſe ſenſimus, malis adfuiſſe. *Lipſ.*

L. L. I.

L*Abor. Syn:* Opera, opus, ſudor, contentio, conatus, vigiliæ, aſſiduitas. *Adj:* Labor aſſiduꝰ, intolerabilis, glorioſus, incredibilis, extremus, jucundus, maximus, forenſis, caſtrenſis,

plu-

plurimus, priſtinus, militaris, operoſus, moleſtus, ſolicitus, inſomnis. *Phr* Labor corporis; contentio animi, multi laboris, magnæ difficultatis; non parvi negotii; negotii plurimum. Laborioſum opus. Omnino omnes clari & nobilitati labores, contemnendo fiunt etiam tolerabiliores. Labori ſua laus, ſuum decus, ſuum pretium eſt. Quidquid vel terra alit nobile, vel ſui videt insigne vel Deus fabricatus eſt egregium, à labore è tenebris eſt vindicatum, & ex induſtria emanavit. *Sent*: Omnia operantur in natura, monſtrum igitur ſit quieſcere hominem, cujus gratia facta ſunt omnia. *Anon*: Vis deſideriorum facit toleran tiam laborum. S. *Aug*: Nihil ſine magno labore vita dedit mortalibus. *S. Hier*: Generoſos animos, labor nutrit. *Seneca Simil.* Ut roſa flos unus omnium longè gratiſſimus de ſpinis naſcitur, ſic è triſtibus & aſperis, laboribus fructus capitur jucundiſſimus. Plantæ mediocri aqua aluntur, immodicâ ſuffocantur; ſic animus moderatis laboribus adjuvatur immoderatis obruitur.

Laborare Syn: Operari, deſudare, elaborare. *Adv*: Præcipuè, magnopere, mediocriter, vehementer. *Phr*: Suſcipere opus; Multum in opere. Magnis laboribus frangi. Opus facere In opus incumbere. Operam navare. Conſumere laborem & operam. In aliquam rem cõferre ſtudium & operam. Summos labores

ex-

exantlare. In laboribus se exercere. Perfungi magnis laboribus. Ad labores impiger. A pueris labori studens. Laboribus deditus. Laborum patiens. Nulla mihi est à labore vacatio. Operi insto. Opus elaboratum, expolitũ, excultum, perfectum, eleganter expolitum. Nec mediocrem in eo studio operã consumpsimus. Hoc magno agebat studio. Quantùm conniti animo potes, quantũ labore contendere, tantum fac, ut perficias. Summa contentione agere. Nihil remissum ab ulla parte laboris. Omnibus meis facultatibus enitendum mihi est. In Rempublicam omni cogitatione curaq; incumbas. Nihil virtus in expertum omittit. Nullum tempus laboris vacuum.

Lachrymari. Syn. Collachrymari, plorare, complorare. *Adv*: Acerbè vehementer. uberius, parcius, multò sæpius. *Phr*: Lachrymas fundere. Acerbos ploratus edere. Erumpere in uberes lachrymas. Lachrymis diffluere. In lachrymas effundi. Lachrymas tenere nequeo. Finem lachrymis ponere. Nullum facit lugẽdi finem. Lachrymis nunquam abstineo. Magnam lachrymarum vim effundo. Lachrymis me totum dedi. Luctu consumor, contabesco Totus in luctu versor. Assiduè fluunt ex oculis lachrymæ. Alienæ calamitati illachrymari. Alicui fletum movere. Patris sui dolet vicem. Totâ urbe fit fletus. Non diu tamen indulsi lachrymis. Lachrymis ubertim ma-

nan-

nantibus. Profusus in lachrymas *Sent.* Lachrymæ tacitæ quodammodo preces sunt; veniam non postulant & merentur, causam non dicunt, & misericordiam consequuntur. *S. Ambros.* Dulciores sunt lachrymæ orantium, quàm gaudia vanitatum. *S. Aug.* Lachrymæ Pænitentium vinum Angelorum sunt. *S. Bernard.* Fieri non potest, ut Filius lachrymarum pereat. *S. Aug:* Lachrymæ sunt, quæ Pænitentiam armant indulgentiam provocant, cælum pulsant, crimina delent conscientiam degravant. *S. Chrysost:* Plerumq; omnis dolor, per lachrymas effluit. *Sent:* Amantis lachrymæ eo svaviores quò amariores. *Anon:*

Lætus. Syn: Hilaris, alacer. *Phr:* Bono animo. Alacri & erecto animo. Magnam ad hoc gaudium novæ lætitiæ factam esse accessionē. Gestientibus agitata. animis lætitia. Quanto gaudio singulorum animos recreavit.

Latro. Syn: Prædo, sicarius, grassator, excursor. *Adj:* Funestus, demens, perditus, abjectusq́; maleficus, sceleratus. *Phr:* Qui ex cæde vivit. Maleficio & scelere pascitur. Humano nutritus sangvine. Latrones ex insidiis eum invaserunt. Divitum spoliis onusti.

Laudare: Syn: Commendare, prædicare, celebrare. *Adv:* Apertè, commodè, copiosè egregiè, meritò, planè, privatim, unicè, vehementér. *Phr:* Multū tribuere laudi. Verbis efferre. Laudibus attollere. Gloria & prædica-

catione decorare. In aliquem omnes laudes congerere. Laudum præconiis extollere. Omni laudum genere exornare. Verbis exquisitissimis honorare. In ore omnium atq; laude versari, Ejus laudes strictim attigi. Magnificè eum commendat. Eum sua virtus laudibus effert. Omnes amplissimum perfectæ laudis reddunt testimonium. Publicæ famæ præconio cõmendatus. Tuis favebo laudibus. Tuarum laudum ero propugnator. Tuas virtutes ubique locorum circumferam. Dignus qui eximiis ornetur laudibus. Eo uno laus omnis inferior est. Siluisse præstat, quàm loquendo virtutem sauciare, Sed & siluisse nefas est cum nullum debeant magnæ virtutes Oratori facessere laborem. Latent sub eo Nomine Majores tui & apparent, in te videntur dum aspiceris, audiuntur dum loqueris, laudantur dum laudaris. Omitto tamen externa omnia, etiam domesticam gloriam, & de tuo te laudo; nemo bene dives est alienis divitiis, hæc vera magnitudo est, magnum esse de suo. Hæc omnium laudum maxima, nolle laudari, & laudabilem esse. Nulli erit tàm surda posteritas, nulla tã ingrata fama, quæ non in cœlum te debitis efferat laudibus. Propagatio Nominis. Totiꝰ orbis oras longè lateq; pervagata gloria. Munus suum præclarè gessit. In quo obeundo Munere, summa ejus virtus enituit. Ejus vigebit memoria. Ejus memoriam ob res præcla-

clarè geſtas excipiet & tuebitur immortalitas. Servire laudi atq; gloriæ. Incumbere in omnem laudis atq; gloriæ pulchritudinem. *Sent.* Ante mortem ne laudes hominem quenquã. *Eccl:* Si vere laudibilis eſſe cupis, laudes hominum nè requiras. *S. Hier:* Bonum eſt laudari, ſed præſtantius eſt eſſe laudabilem *Sent:* Neminem citò laudaveris, neminem citó accuſaveris, vitium eſt omnia credere, vitium eſt nihil credere. *Idem.* Lauda parcè, vitupera parcius. *Idem* Non ideo bonus eris, quod te alii prædicent, aut putent bonum. *Idem.* Ægrotus non ſanatur, quod dicatur ſanus eſſe; quid magis eligeres, eſſe ſanum & robuſtum, quãvis à reliquis putareris ægrotus? an eſſe ægrotum, & ab aliis putari & dici ſanus? Cur eligis dici bonus, cum ſis peſſimus. *Id:* *Simil:* Pavo non explicat pennas niſi laudatus, ita quidã putant ſe non habere quod habent, niſi ſint, qui mirentur.

Legere. Syn: Recitare, evolvere, pervolutare, verſare. *Adv.* Attentè, diligenter, libentiùs, ſtudiosè. *Phr:* Libros diurnâ nocturnâq; verſare manu. In evolvendis voluminibus tẽpus conſumere. Decurſa oculis pagina. Lectio ſine meditatione arida eſt & meditatio ſine lectione erronea. *S. Aug.* Lectio ſpiritualis ſalus eſt animæ, ſpirituales divitiæ & perfecta ſecuritas. S. *Chryſoſt:* Quidquid legeris ad mores ſtatim referas. *Sent:*

Leo. Adj: Indomitus, rugiens, immanis, furiosus, Lybicus. *Phr*: Ferarum robustissimus. Animaliũ Rex. Cui brutas inter animantes Principatus delatus.

Lex. Syn. Sanctio, decretum, scitum, edictũ, institutum. *Adj*: Lex summa, egregia salutaris, utilis, accommodata, suprema, æquissima, scripta, non iniqua, acerrima, mirissima, Sanctissima fatalis, maxime, salutaris, conveniens! *Phr*: Disciplina vivendi. Jussa populorum. Legem antiquare. Legem condere, præscribere. Confirmare Majestatem Imperii legibus Rempublicam institutis & legibus temperare. Obtemperare legibus. Exprimere vitâ & moribus præcepta officii. Vitam ad præcepta conformatam ostendere. A lege discedere, deflectere, longius progredi. Terminos legum prætergredi, transilire. Legem abrogare, irritam facere convellere. Cavetur lege; Sancitum est lege; lege cautum est. Lege teneri, adstringi. Lex obsequii est anima, vita Majestatis, flagellum vitiis, nervus rationi calcar virtuti. *Sent*: Legibus proposita sunt supplicia vitiis, præmia virtutibus, *Cic*: Omnia sunt incerta, cum à jure discessum est. *Idem*. Quemadmodum optima instrumenta, nullum eximium artis opus per se dabunt, nisi artifex eximius illa gubernet, sic bonæ leges nisi eas tractet & vivificet bonus, nihil operantur. *Nier*: Leges antequam ferantur ex-

expendendæ, ubi latæ fuerint tolerandæ. *Strada.* Tunc orti Legislatores, cum mortuæ leges; tunc ſcripta jura, cum proſcripta Juſtitia. *Emm: Theſ:*

Liber. Syn: Codex, Volumen, monumentũ. *Adj:* Liber optimus, quæſtionum plenus. *Phr:* Magno virorum eruditorum plauſu exceptus. Parturientis animi fætus. Liber verſatur inter manus omnium; omnium manibus teritur. Libris ſemper affixus eſt. Librorum lectioni cõtinenter incumbit. Liber gratiam Novitatis exuit. Liber mendis, ſcatens, erratis vel erroribus corruptus, depravatus. Cum tibi varii congeſtis meritarum laudum præconiis, quaſi arcum erigant triumphalem; ego pariter librum hunc ad honorem tuum velut lapillum in acervos præconiorum tuorum conjeci: Sciens quia ſicut non habet unde placeat ex venuſtate, ſic ex devotione ſcribentis non poterit diſplicere. Scripta hæc quod in tuo Nomine apparent, non dubito omnibus, qui ubiq; ſunt ſtudioſis jucundiora & gratiora fore.

Liberalis. Syn: Munificus, beneficus, largus *Phr:* Inſigni liberalitate conſpicuus. In quo benefica voluntas prolixa beneficaq; natura. Liberalitatem exercere, munera conferre. Ornare beneficiis. Omnium factus Pater, ut Domus ejus pauperum ei adventantium portus diceretur. Lenta beneficia ex beneficiorũ nume-

me-

mero eraduntur. Tantũ demitur gratiæ, quãtum moræ adiicitur. Odiſſe poteſt gratiam qui diu expectavit. Divinum aliquid ſapiunt qui non petentibus occurrunt. Alibi hoſtes fundere, hic opes effundere palmare eſt. Nunquã ſibi viſus beatior, quã cũ plurimos de ſuo felices redderet.

Liberalitas Adj: Anguſtior, benigna, conducta, mercenaria, eximia, incredibilis, ſmodica, præſtans. *Phr:* Largitate magnificus, prudentiâ liberalis, eleemoſyna pius. Qualem arbitramur fuiſſe in amicos quorum opes, atq; honores augebat, inopiam liberaliter ſuſtentabat, ad quorum morbos & vulnera medicos, fomenta & miniſtrantes adhibebat. *Beneficentia moras neſcit Dictum Maxim: I. Imp.* Volo tamen te liberalem eſſe, non prodigum da præſentes divitias, non futuras; inveniant te anni ſequentes divitem, ut inveniant te liberalem. *Sent:* Si non eſt omnium æqualis facultas debet eſſe par pietas; quoniam fidelium largitas non de muneris penſatur pondere, ſed de benevolentiæ quantitate. *S. Leo.* Semper illi quod largiatur occurrit, cui bene velle non deficit *Idem.* Melius apud bonos, quam apud fortunatos beneficium collocari puto. *Cic:* Propẽſior benignitas eſſe debet in calamitoſos. *Idem* Hæc una Domini gloria, dare. *Nier: Simil:* Regis liberalitas aptiſſimè cum ſole convenit, nam velut is indurat lutum & emollit ceram

ita

ita hæc quorundam animos emollit quorundam indurat. *vide Beneficium Donum Eleemosyna.*

Libertas. Syn: Facultas, poteſtas, copia. *Adj.* Antiqua, aurea, communis, dulciſſima immoderata, impunita, jucundior, nimia, priſtina, legibus munita, plurimis virtutibus, ſtabilita. *Phr:* Ut libet vivendi Poteſtas. Effrænata licentia, Liberè, æquo liberius. Libertatem cum ſervitute commutare. Ad libertatem pervenire Frui libertate: Agere pro ſuo arbitrio. Si mihi integra omnia ac libera eſsēt Si mihi eſſent omnia ſolutiſſima. Si in mea eſſem poteſtate. Præciſa vel adempta loquendi poteſtas. Nondum in libertatem vindicatꝰ, reſtitutus. A cervicibus jugum ſervile deiicere, Jucundiſſimæ libertatis beneficio fruitur. *Sent.* Glorioſa libertas, quam nulla ſervitus culpæ, nulla peccatorum vincula conſtringūt. *S. Amb:* Prima libertas eſt carere criminibus. *S Aug.* Erit voluntas tua libera ſi fuerit pia. *Idem.* Magnum eſt munus Libertatis. *Idem.* Quid prodeſt quod liber eſt in natura, qui ſervus eſt in conſcientia. *Anon:* Libertas eſt nulli rei ſervire, nulli neceſſitati nullis caſibus. *Sent:* Libertatis proprium, eſt ſic vivere ut velis. *Cic:*

Ligare vel Vincire. *Phr:* Scitè colligare. Aptiſſimè connectere, jugare, copulare, Vinculis conſtringere, Iniicere vincula; Pauxillò

ab-

adſtringere. Res illæ inter ſe aptæ & connexæ ſunt; compactæ & coagmentatæ, Inter ſe congruunt & cohæreſcunt,

Lilium Adj: Candidum, florens, fragrans, halans, niveum, redolens, odorum. *Phr*: Gratioſiſſimo ſpirans odore. Lilii ſemen. Terræ ornamentum plantarum gloria, oculus florũ, pratorũ gemma Ex omni parte formoſum. Quem fusè ambiunt folia. Debere huic uni flori Principatum.

Lingva. Adj: Aliena, ficta, celer, liberior, impeditior, contentioſa, copioſa, petulantiſſima, diſſoluta, doloſa impudica, multæ refrænationis indigens. *Phr*: Fidelis Miniſtra pectoris atq; interpres. Potiſſimũ orationis inſtrumentum quo res ipſas propemodũ in animũ, oratione, quaſi venuſto vehiculo transmittit. Tacitæ cognitionis internuntia. Loquens calamus, lingua hæc ſpiritu, ille atramento utitur, hæc ſcribit vocibus, ille clamat literis. Multos quidem interiiſſe gladio, at multò plures lingvæ intemperantia *Eccl*: 28. *Sent*: Antequã verba proferas, bis ad limã veniant, quam ſemel ad lingvam. *S. Bernar*: Lingva janua mentis eſt, *S. Gregor*. Periculoſus lingvæ & promptiſſimus lapſus eſt. *S. Hilar*: *Simil*: Ut rupes obiicitur flumini nè ſe effundat, ita oratio lingvæ obiicienda, nè temerè diffluat. *Eraſm*: *Vide Garrulus*.

Loqui. Syn: Dicere, eloqui, fari, præfari, ſer-

ſermocinari. *Adv:* Abundanter, confidentius, ſplendidè, accuratè, admodū, copioſius, ambiguè, amiciſſimè, apertè, honorificè, divinè, emendatè, opportunè, cautè, impedite, ſcitè, plané, articulatè, lepidè, commodè. *Phr:* Lingvæ uſu pollere, loquendi potentem eſſe; verba facere, ſermonem conferre, Crebris uſurpare ſermonibus. Eleganti ſermone uti. Aliquid miſsum non facere. Mentionem feci tui negotii. Hac de re multus eſt ſermo. Omnium ſermone celebratur. Verſatur in ore atq; in ſermone omnium. Apud omnes ſermo percrebuit. Res omnium ſermone celebrata. Honorifice de te ſum loquutus. Dabis te in ſermonē, *Sent:* O quā Sanctū eſt os, unde ſemper cœleſtia erūpunt, eloquia. *S. Aug:* Tantò magis pro parvulis loqui debemus, quanto ipſi pro ſe loqui non poſſunt. *Idem.* Longo uſu diſcendū eſt, quod cuiq; loqui, vel tacere cōveniat. *Beda.* Ille ſcit rectè dicere, qui & ordinate ſcit tacere. *S. Greg:* Loquere quæ oportet. *Evagr:* Beata labia ſunt, quæ nunquam quod revocare velint, emittunt. *S. Hieron:*

Lucrari. Phr: Facere, capere, percipere, fructum, lucrum. Quid ex ea re commodi referes? lucri reportabis? quid inde emolumenti colliges? Vanus & irritus conatus. Operā ludes. Oleū & operā perdes. Nihil proficies, nihil

nihil promovebis. Id ille in maximo lucro ponit. Superiorem è certamine abire *Sent*: Duæ res sunt quæ possunt homines ad turpe compendium commovere, inopia atq; avaritia. *Cic*: Anima lucri cupida, etiam pro exiguo perire non metuit. *S. Leo* Si non requiras lucrum, nullum patieris in tēpestate naufragium. *Anon*: Lucrũ turpe res pessima. *Mim: Publ.* Lucri cupidus, undequaq; quæstũ aucupatur. *Arist*:

Luna. Lucida, humida, crescens in defectũ vergens, pernox, *Phr*: Lunare sidus præsagium tempestatum. Solis æmula; solamẽ iter agentiũ. Eminet virtute; velut inter ignes luna minores Luce lucens aliena; modò dimidia, modo curvata in cornua.

Lupus. Adj: Ululans, rapax, sævus, vorax, terribilis immitis, infestus, insidiator. *Phr*: Luporum genus exitiale. Ovium & pecorum hostis. Ululat horrendum in modum os quã maximè diducens. Lupi vastis corporibus sarcinosi, ac nimiâ ferocitate sævientes. Rapinis assveti.

Luxuria. Adj: Turpis, nefaria, flagitiosa, *Phr*: Illicitus voluptatum usus. Flamma libidinis. Inquietat conscientiám, abbreviat vitam obest famæ, nocet animæ. *Simil*: Sicut clavus clavũ expellit, ita sæpè recordatio ardoris gehennæ, ardorem excludit luxuriæ.

M.

M. M. M.

M*acilentus. Syn*: Macer, gracilis. *Phr*: Macie confectus, deformatus, informis, obduratus, attritus, attenuatus, ut ossibus vix fuerat. Cujus corpus macie extabuit. Cui pellis super ossibus una. Exiles tenuatus in artus. Pingvis in consiliis hebes, in Reipublicæ administratione ignavus, in pænis præmiisq; remissus est; Macer, in judicio perspicax, in imperio circumspectus, acer in Justitia est.

Magistratus Syn: Dignitas, honor, Potestas, Fasces. *Adj*: Æquus, amplissimus, annuus. *Phr* Procuratio negotii & muneris publici. Qui cum potestate vel imperio præest. Reipublicæ administrationem gerens. Legum Ministri ac custodes. Juris æquabilitatem inter omnes proportione tuentur. Cum summo Imperio Reipublicæ gubernacula tractant. *Sent*: Qualis Rector est Civitatis, tales inhabitantes. *Beda*. Innumera bona Civitatibus per Magistratus proveniunt, quæ si sustuleris omnia simul pessum ibunt. *S. Chrysost*: Magistratus ut Pastores sunt Civitatis. *Plato Simil*: Quemadmodũ stellarũ motu atq; lumine, cuncta in hoc inferiori orbe gignuntur, & vigorem accipiunt, ita sine Principis & Reipublicæ splendore, ope virtutis cives incolumes esse non possunt

Ut

Ut cibi potûs cæliq; novitas ostendit, etiamsi mutes in paria aut in aliquanto meliora, ita præstat ferre Principem aut Magistratus pristinos, quàm novos adsciscere, quod omnis rerum novatio, non careat perturbatione. *Vide Judex.*

Magnanimus. Syn: Animosus, generosus, fortis. *Phr:* Magni animi vir. Magno animi robore septus. Vir summi Consilii & maximi animi. Invicti animi magnitudo & robur. Magnificum animi temperamentum. Qui animi magni esse putat non commoveri. Cujus tanta est animi magnitudo, ut pro honestate nullum unquam periculum adire pertimescat, nullum laborem recuset, res magnas & excelsas animo proponat. *Sent:* Virilis animi & præclare mentis, deiicere à cervicibus inimicum pondus. *S. Aug:* Magnanimum illũ esse denuntio, qui renuntiat sæculo, carnis latrocinia calcat, perfectionis arcem conscendere nititur. *S. Lazar: Just:* Ad magnanimum pertinet, nulli neq; homini neq; perturbationi animi, neq; Fortunæ succumbere. *Cic:* Generosos animos labor nutrit. *Seneca Simil:* Quemadmodum tuba clare insonante, locus undiq; vicinus completur, ita clara magnanimitatis fama cujusq; Viri. *S. Chrysost. Vide generosus.*

Malum. Syn: Damnum, incommodum, detri-

trimentū. *Adj*: Diuturnum, alienum, fædum, inopinatum, præsens, recens, intolerabile, detestandum, intestinum, commune & quasi fatale, insitum in natura, extremum, summum, levius, improvisum, exiguū, imminens. *Phr*: Lachrymis & luctibus dignum. Insanabilis pernicies. In te irruunt montes mali. Serperet hoc malum longius. Publica temporū mæstitia. Fortuna sævo læta negotio. Malitia nostri ævi. *Sent*: Origo & caput mali est peccatum S. *Aug*: Mala præterita defleamus, præsentia expellamus, futura caveamus. *Hugo*. Tempestas minatur antequam surgat, crepant ædificia antequam corruant, prænuntiat fumꝰ incendiū; at subita est ex homine pernicies; & eò diligentiùs tegitur, quo propius accedit. *Sent*:

Malus. *Syn*: Improbus, flagitiosus, sceleratus, nefarius, facinorosus, malignus, nequissimus. *Phr*: Multis flagitiis contaminatus. Ex nequitia conflatus. Opertus infamiā. Homo effictis moribus. Accomodatus ad flagitia, cōparatus ad fraudem factus ad scelera, oppositꝰ ad maleficia, Corruptis moribus *vel* depravatis. Animus ad omnem nequitiam confirmatus; cujus corroborata longo usu nequitia. Omni vitiorum tabe inquinatus. Promptus ad vim paratus ad seditionem; audax ad omne facinus, ad audendum projectus. Omniū scelerū maculis notatissimus, cumulatissimus.

Ad

Ad omne facinus paratissimus. Perditorũ ac desperatorũ hominũ flagitiosi greges. *Sent:* Malitiæ comes individuus est miseria. *S. Aug:* Omnis malus aut ideo vivit ut corrigatur, aut ideo vivit ut per illũ bonus exerceatur. *Idem.* Malus fuisti heri hodie bonus esto. *Idem.* Malitiæ Diabolus præsidet, Virtutibus Christus. *S. Ambros:* Optimus hodie est, qui non est nimis malus. *S. Bern:*

Mandare. Syn: Jubere, imperare, imponere, perscribere, cõmendare, cõmitere, consignare. *Phr:* Dare aliquid in mandatis. Omnibus de rebus, mandata des, velim nisi nominatim præcepit, non videtur mandatum sedisse. Partes has mihi imposuit. Hæc tradita Provincia est. Quod legatum tibi est negotium cura. Conficere susceptũ munus. Negotiũ suscipere. Provinciã durã capere. Tua mandata persequar diligenter, Mandato non est obtemperatũ. Voluntatis est suscipere mandatũ, necessitatis consummare. Suscipe onus officii, quod te putas posse sustinere. *Vide Imperium.*

Mane. Phr: Manè diei. Hora matutina. Summo mane, primo mane, primâ luce, diluculo, Rutilante aurora; albescente die. Circa crepusculũ matutinũ. Sole afferente lucẽ. Circa solis vel auroræ ortum.

Mansvetus. Syn: Humanus, facilis, lenis, comis, placidus, mitis, benignus, clemens, affabilis. In cuius moribus nihil ferreum, nihil

hil aſperum, nihil agreſte, nihil horridum. *Sent*: Noli abuti clementia, nè potentiâ opprimaris. *S*: *Bern*: Vir manſvetus omnibus operibus bonis decoratur. *S. Ephrem. Vide clemẽtia, comitas, Humanus.*

Mare. *Syn*: Oceanus, æquor, pelagus, altũ, profundũ, fretũ, ſalũ, pontus. *Adj*. Mare anguſtũ, latum, periculosũ, ſcopulosũ, infeſtũ, immensũ, difficile, tempeſtivũ ad navigandũ, tranquillũ: Maximè, diversâ navigatione. *Phr*: Surgentibus procellis horridũ. Maris fremitus, Crebros ex alto fluctus evolvens fretum. Mare hoſpitiũ fluviorũ, fons imbrium, derivatio alluvionum. Itineris cõpendium, ſubsidium vectigalium ; ſterilitatis alimentum.

B. V. MARIA MATER DEI.

Syn: Deipara; Domina noſtra. *Adj*: Immaculata, intemerata, glorioſiſſima, puriſſima, Sanctiſſima, Auguſtiſſima, *Phr*: Mater Dei illibata, Filii intacto pudore Mater Æterni Regni particeps Regina & Socia. Quam DEUS Divinis cumulavit ornamentis Ter Sancta Virgo; ter maxima Deipara. Invictiſſima Inferorum Domitrix. Ultimum Sacræ Genealogiæ Germen. Divinitatis ad mortales, ingreſſuræ Janitrix. Magno Cæli beneficio, majori orbis commodo enata. Tantæ molis erat, Naturam Genitricem Deo, Dominam Mundo vitæ reparatricem mortalibus parturire. In

cu-

cujus mentem tanquam puriſſimum hoſpitiũ commigravit Spiritus Sanctus; in cujus Cor tanquam caſtellũ, munitiſſimũ incluſit ſe Pater, in cujus uterum tanquam nitidiſſimam arcem abdidit ſe Filius.

Matrimonium. *Syn*: Conjugium, connubiũ. *Adj*. Dotale, ſtabile, certum, ſociale, ſacrum, firmũ, auſpicatum, concors, ſolemne. *Phr*: Jugum connubiale. Thorus conjugalis. Jus Matrimonii legitimum. Individua vitæ conſvetudo. Nubilium juſta conventio & conditio. Connubio jungi. Conjugium inire. Cõjugium iteravit. Matrimonium repetiit. De Filia ſua collocanda cogitat. Vir in uxorem contumelioſus eſt *Sent*: Felicitas conjugii adeſt, ubi concordia eſt. *Lipſ:*

Mederi. *Syn*: Sanare, curare. *Adv*. Facilè, facilius, aliquantum. *Phr*: Medicinam afferre. Facere curationem. Remedium adhibere, procurare. Morbum depellere, ægrum ſanitati reſtituere, ad ſalutem reducere; Morbo liberare. In ſtatum priſtinum valetudinis reſtituere. Nulla unquam medicina his tot incommodis reperietur. Tantam vim morbi, potione medicatâ levaturum eſſe promiſit.

Medicina. *Syn*. Medicamentum, Pharmacum. *Adj*: Medicina opportuna, grata multis & probata, inviſa, tempeſtiva. *Phr*: Ars medendi: Propria & certa valetudinis curatio. Potionem medicatam miſcere. Uti medicamento.

Hoc

Hoc medicamenti genus ſervabatur, tanquam indubitatũ deficienti naturæ auxilium. Salutẽ deploratis reſtituit, morbos expellit afflicta recreat, langventia corroborat, & cũ morte ipſa ſubinde colluctatur.

Medicus. Phr: Eruditus arte medendi, Literis medicis egregie inſtructus. Qui ad ſummum medicæ artis gradum pervenit. In hac artium ſola evenit ut unicuiq́ Medicum ſe profeſſo ſtatim credatur; cum ſit periculum in nullo mendacio majus. A quo ita ſum levatus, ut Deus aliquis mihi medicinam feciſſe videatur. Qui laborantibꝰ ſuccurrit ægriſq́; medetur. *Sent*: Honora medicum propter neceſſitatem. Dominus enim ejus author eſt, nã omnis medicina manat ab altiſſimo. *Eccl*: 38. Medicus ſe haberet peſſimè, ſi nemo male. *Nieremb*: Medendi facultas maxime Cœleſtis eſt. *Pyth*: Non quærit æger medicum eloquentem, ſed ſanantem. *Sent*: Emis à medico rem inæſtimabilem, vitam ac valetudinem bonam *Idem*. Crudelem medicum, intemperans æger facit. *Mim: Pub*:

Memoria. Syn: Recordatio, vel monumentũ. *Adj*: Memoria acerba, acris, hebes, vivatior, brevis, nulla, ſumma, diurna, recentior, fidelis, gratiſſima, præſtans, ſingularis, in ſignis multa. *Phr*: Firmitas memoriæ. Rerum perceptarum cuſtos. Memoriæ tenacitas. Repoſitorium præteritorum. Memoriâ vacillare.

Memōriæ vegetandæ gratia. Fidem memoriæ Tuæ apello, Fragili aut nullâ potius extat memoriâ. Vir incomparabilis memoriæ. Memoriæ fæcunditas. Memoriâ præ aliis valet; ad summam memoriæ felicitatem evasit. Labor & exercitatio singulare memoriæ confert adjumentum. *Sent:* Memoria custos est excogitatorū. *S. Aug:* Cum labore meminimus, sine labore obliviscimur. *Idem.* Jucunda benè actæ vitæ memoria, quasi tranquillitas post tempestatem veniens, conturbatā facilè animā consolatur. *S. Chrysost: Vide Recordari.*

Mendacium vel Commentum. *Adj:* Magnū impudens, modestum, honestum, crassū, perniciosum, officiosum; jocosum, turpissimū, infestum. *Phr:* Orationis falsitas. Fallax verborum gannitus. Vitium veritati oppositum. Hoc mendacium jam omnium vultu & murmure explosum videtur. Dum tuis ausculto mendaciis. *Sent:* Mendacium negotiatorum est sigillum Antichristi. *S. Bern: Sen:* Nullū est mendacium quod peccato careat. *Haym:* Plana veritatis via est & grave iter mendacii. *S. Greg:* Mentiri servile vitium est. *Trith: Simil:* Sicut ædificium lapidibus, ita mendaciū sermonibus fabricatur. *Glos: Ord:* Mendacium simile est veneficio. *Senec:*

Mendax. Syn: Vanus, vaniloquus, futilis, perfidus, Sicophanta. *Phr:* Ex fraude & mendacio compositus. Mentiri asſvetus. ad menti-

tionem propenſus. A veritate deflectens. Portenta verborum loquens. Cujus verba tantũ diſtant à vero, quantũ Cygnus à corvo. Sinceræ veritatis haud ſtudioſus. Qui caligat ad veri conſpectum. A rationis & veritatis orbita aberrans. Quæ protulit verba, nullo ad veritatem confinio pertinent Veritatẽ mendacio contaminat. Quantas mendaciorum nebulas excitavit. Cujus, candori & ſimplicitati mendaciis illuſit. *Sent.* Mentiri eſt contra mentem loqui, & illud lingvâ promere, quod unum quemq; conſtat in animo non habere. *Caſſiod.* Valde difficile eſt, ut qui multa loquitur non etiam mentiatur *S. Greg*: Mentiri diabolicum eſt. *Hugo.*

Mercator, *Syn*: Negotiator, venditor, inſtitor, emptor. *Adj*: Impiger, avarus vigil, ſolicitus, providens, inſomnis, irrequietus, ſubdolus, iniquus. *Phr*: Lucris inhians Lucri ſpe ductus. Mercaturam faciens, exercens. Negotiationi incumbens. Qui mercaturam facit, perlevi ſe navigio mariq; committit, dimicat cum fluctibus imminente naufragio, & dum quærit compendium fortunarum, invenit periculum vitæ. *Senten*: Plurimi Mercatores animas ſuas pro aquiſitione pecuniarum perditioni tradunt. *S. Ambr.* Dignitati hominis negotiari, deforme eſt. *S. Aug*: Homo Mercator vix aut unquam poteſt Deo placere. *S. Hieron*: Mercatio vix ſine peccato fit. *Gloſ*: *Dec.*

Miles. vel Bellator. *Adj*: Ignarus, timidus, inexercitatus, veteranus, fortiſſimus, glorioſus, gregarius, manipularis, emeritus, mercenarius, ſtipendiarius, exercitatus, ſubitus, armis, gravis, manu ſtrenuus, lorica ferrea uſq; ſub tentorio ſeneſcens, militiam doctus, diſciplinis militaribus eruditus. *Phr:* Vir magna gloriâ magniſq́, rebus geſtis; bellandi peritùs. Manu ſtrenuus & bellator illuſtris. Miles emeritus vel emeritorum, ſtipendiorū. Cui ſunt confecta vel emerita ſtipendia. Cujus aſſiduus in armis labor, in campis ſtatio, in votis fortunæ. Scientia rei militaris virtute & authoritate inſignis. Qui plurimis annis martem ſecutus eſt. Qui aſſvevit audire præpoſitos noſſe. Ordines intelligere occaſiones, differre impetus, diſponere diem, vallare noctem, fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare maximumq́; certamen in gloria ſtatuere. Nobilitas & multis ſtipendiis explorata induſtria Virtuti faciebant gratiam. non tam numero quā robore pugnandū ratus. *Sent-* Sine ſtipendiis miles torpet; elangvet Bellatorum virtus, ubi nervus militis Vires ſolidare, deſiit. *Anon*: Stipendia militis virtutem animant. *Idem*. Militia ſola orbem temperat nec Regna ſolū dat aut adimit, ſed ipſam vitam; Nulla Reſpublica ſine ea floruit nulla perennavit. *Lipſ*: Malus miles eſt, qui Imperatorem gemens ſequitur. *Senec:*

Mi-

Miser. *Syn*: Calamitosus, ærumnosus, afflictus, infelix, prostratus, jacens. *Phr*: Vitam calamitosã ducit; Ad summã infelicitatẽ redactus. In profundũ ultimarũ miseriarũ abjectus. In miserrimũ statũ, in deterrimã conditionẽ incidit. Sortis adversæ telis expositus. Rerũ omniũ ad interitũ declinantiũ difficultatè conflictatus *Sent*: Miseri nos & miserabibiliter nati, quibus datũ est nasci in mærore, vivere in labore, in dolore mori. *S: Bernard*: Infelix solatium est turba miserorum. *Anon*: Christianus miser videri potest, miser inveniri non potest. *Minuc*: *Tel*: Calamitosus est animus futuri anxius, & ante miserias miser, qui solicitus est *Sene:*

Misericordia. *Syn*: Miseratio, commiseratio, clementia, condolentia compassio. *Adj*: Aliena, pristina, grata, & admirabilis, maxima, singularis. *Phr*: Animus mitis & misericors. Alienæ miseriæ quœdã in corpore compassio. Clemens & æqualis in omnes dignatio. Tristitia ex alienis malis concepta. *Sent*: Tria facit misericordia: purificat animã è vitiis, locupletat charismatũ divitiis, accumulat cœlestium gaudiorũ delitiis. *Anton*: *Padv.* Si clauseris viscera misericordiæ indigenti, omnino claudetur tibi janua Christi. *S. Aug*: Nulla est venia ei, qui misericordiam non exhibet indigẽti, *S. Chrysost*: Divina res est commiseratio. *S. Isid. Pelu.* Faciamus benigniús quã dicimus, &

ma

manum potiús egeno aut lapſo porrigamus, quàm verba. *Lipſ:*

Miſſa vel Sacrum. Miſſa Sanctiſſima Solemnis, privata, propitiatoria, Euchariſtica, impetratoria, Sacro Sancta. *Phr:* Divinū Religionis Chriſtianæ ſacrificium. Sacrū facere vel remDivinam, Divinis Sacris operari, Procurare remDivinā. Res Sacras conficere, explere. Auguſtiſſimā Deo Euchariſtiā offerre. Divinā immolare victoriā. Sacra peragere. Rei Divinæ intereſſe, Divino Sacrificio Miniſteriū exhibere. Piaculare Sacrū. *Sent:* Sacrificium illud horrore ac reverentiâ pleniſſimum eſt. *S: Chriſoſt:* Sacerdoti horrendum Sacrificiū celebranti, Angeli aſſiſtent, & Cœleſtiū Poteſtatū univerſus ordo, & locus altari vicinus. Angelorū choris plenus eſt. *Idem.*

Moderari Syn: Temperare, gubernare. *Phr:* Modū vel moderationē adhibere. Certâ ratione metiri. Refrænare libidines, iracundiam tenere, coercere avaritiam. Impone felicitati tuæ frænos, ratio còërceat temeritatē, Ferocitatem iſtam comprime. Appetitus omnes ſedandi ſunt. Aquibus manſvefacti & exculti ad elegantiora defluximus.

Modeſtia. Syn: Modus, moderatio, pudor, frugalitas. *Adj:* Singularis ſumma grata amabilis, inſignis, præclara. Divina. *Phr:* In animo continens moderatio cupiditatū. Modus vitæ in omni verbo & opere. Quæ modū in di-

dictis vel factis servat. Elegantia ac comitas morũ. Superbiæ expultrix. Quam qui habet, nec gloria extollitur, nec frangitur vituperatione, divitiis non tumet, non contrahitur paupertate. Magna corporis animiq; gratia. Morũ affectionũq; compositio. Uno utramq; fortunã ore uno hostes amicosq; vultu accipere noverat. Animus ab omni perturbatione liber. non lingvã effrænis loquacitas, non oculos proterva licentia solverat. Sed hos modesta demissio, illos prudens regebat necessitas *Sent*. Fit sermo rarior, vultus hilarior aspect9 verecundior, incessus modestior. *S. Aug*: Modestia animi probat Sapientem.

Modestus. Syn: Moderatus, honestus, pacatus, verecundus, placidus. *Phr*: Summæ eruditioni Modestiam summam adjunxit. Quem modestia sua nemini non gratum præstat, Modestiæ specimen præbet. *Sent*: Nobilis præceptor est virtutis Modestus adolescens, toto corpore erudit. *Anon*. Modestia & gravitas pacificũ vitæ statũ parit. *S. Ephr:* Rarô navis allisa est, quæ modico velo legit littus. *Lips*:

Mons. Syn: Clivus, collis, montis jugum, vertex, cacumen, supercilium, montis declivitas. *Adj*: Mons, arduus, præaltus, præruptus, inaccessus. nemorosus, spatiosus, altissimus, apricus, sacer. *Phr*: Præaltorum montium fauces. Montes nativis arbusculis floribusq; coronati, Fæti auro montes. Montium

præ-

præcipitia. Vidimus montes decurſu temporis ſedibus ſuis evulſos, dejectos in planitiē, cum campis patentibus, cum infimis vallibus adæquatos.

Morbus. *Syn*: Ægritudo, invalitudo, malū contagio, vel contagium, infirmitas. *Adj*. Morbus, difficillimus, gravis, diuturnus, periculoſus, ingraveſcens, inſanabilis, deſperatus, lethalis, acutus, præceps, ſimulatus, peſtilens, contagioſus attactu, ſerpens, graſſans, atrox, fortuitus, exitiabilis, noxius. *Phr*: Ægra *vel* adverſa valetudo. Vis *vel* dolor morbi. Affecta ætas & infirmiſſa valetudo. Morbus non ſinit me eſſe mei Juris. Gravis me morbus. habuit. Febris invaſit. Omnium judicio jam in fati limine ſtabat. Varijs & tenacibus morbis conflictatus. Cum petulantia morbi doloriſq; exſultantia colluctans. Acceſſiones morborum. Lenta & omnem fallens medicorū induſtriam febris, ita paulatim attrivit & labefactavit, ut inevitabilem ei attulerit ex hac vita migrandi neceſſitatem. *Sent*: Fili in tua infirmitate ne deſpicias te ipſum, ſed ora dominum & ipſe curabit te. *Eccl*: 38. Infirmitas carnis ſi patienter ſuſtineatur, eſt quaſi purgatorius, ignis. *Beda*: Bona eſt infirmitas carnis, quæ perducit hominem ad Sanitatem animæ. *S. Bern*: Ægritudo carnē vulnerat, mentē curat. *Idem* In morbis oratione prius, quā medicis & pharmacis, utere. *Nil*. Infirmo patien-

ter

ter ſerviens, inſtar Angeli eſt. *Anonym*: *Vide Æger.*

Mori Syn: Emori, occidere, cadere, interire, obire, occumbere, expirare, perire, extingvi. *Adv.* Acerbè, indignè, honeſtè, gloriosè, inteſtatò. *Phr.* Animam agere, Naturæ ſatisfacere. Mortẽ oppetere vel obire. De vita decedere, diſcedere, migrare. Vitam amittere, vitâ privari, animam efflare. Extremum vitæ ſpiritum effundere. Conficere extremũ vitæ diem. Vitam cum morte commutare: Obire diem. Deſinere inter mortales agere. Mors fato propero abſtulit. Dignum moribus factisq́; ſuis exitũ vitæ invenit. Ætas decurſa longiorẽ vitæ ac lucis uſurã non concedit. Omnes mæſtiſſimo orbitatis luctu implevit. Vi morbi oppreſſus, deſiit vivere. Rebus humanis exẽptus. Curriculum vitæ confęcit. Erigitur in ſublime gloriæ, qui ſic cadit. Ruina hac altius aſſurgit; Vivere incipit, qui ſic morietur, ipſa deniq́; morte redditur immortalis. Mortale eſt, quod damus; immortale eſt quod recipimus. Mors eſt quam exuimus; vita eſt quã induimus. *Sent*: Æſtima te iam mortuum, quẽ non ambigis de neceſſitate moriturũ *Eucher*: Juſtis mors quietis eſt portus; nocentibus naufragium. *S. Ambr*: Quid ſis hodie, hodie ſcis? quid futurus ſis craſtino? neſcis. *S. Aug*: Sũma Philoſophia eſt, aſſidua mortis meditatio. *S. Bern*: Mori non eſt malũ ſed male mori peſſi-

ſimum. S. *Chryſoſt*: Periculoſum eſt in tali ſtatu vivere in quo quis mori nolit. *Trith*. Nulla pulchrior virtutum imago, quam cui umbras adiicit mortis meditatio. *Anonym Simil*: Ut folia cadunt & naſcuntur, ſic homines; Ut in agris fructum ſubita calamitas, ſic mors ſupprimit ſperatam multorũ ingeniorũ fæcũditatẽ. Ut lignum uri natũ eſt; ariſta ſecari; ſic homines mori.

Mortificare. Phr: Corpus pænis ſponte ſuſceptis atterere, affligere, vexare, macerare, conficere. Corpus, aſperè, habere, acerbè, accipere, graviter, tractare. Cupiditatibus ſuis moderari. Nihil ineptæ lætitiæ concedere. Senſibus imperare. In Poteſtate cupiditates habere. Motus animi regere; quocunq; ratio ſvadet impellere. *Sent*. Mortificatio eſt ſepultura vitiorum, virtutũ ſuſcitatio. *S. Ambr*: Durius tractandũ eſt corpus, nè animus malè pereat. *Sent*.

Mundus. Adj: Globoſus, immenſus, ornatiſſimus, pulcherrimus, perfectus, atq; abſolutus, volubilis, ſpatioſus, amplus, convex9. *Phr*. Orbis terrarũ. Mundi fabrica. Rerũ univerſitas. Tot rerũ generibus diſtinctus; tot luminibus illuſtris, tantâ varietate depictus. *Sent*: Utendum eſt hoc mundo non fruendum. *S. Aug*: Mundus allicit, ut inficiat, illidit, ut interficiat. *Anon*: Mundus carcer eſt, atq; exiliũ Electorum. *Dion. Carth*: Facile contemnit

omnia

omnia, qui se semper cogitat esse moriturū. *S. Hier*: Magni & excelsi animi est, despicere & contemnere mortalia. *Lactan*: Via contemnendi est regia & expedita semper. *Nierem*: Plura posset Diogenes contemnere, quàm Alexander vincere. *Idem*. Humiles & plebeiæ animæ domi resident, & affixæ sunt terræ; illa Divinior est, quæ Cælū imitatur & gaudet motu. *Lips*. O infelicitas generis humani? amarus est mundus & diligitur; si dulcis esset, qualiter amaretur? *S. Aug*: Similitudo cum sole qui apparet, mox nube tegitur; cū flore; cū mari, nunc tranquillo, mox procellis laborante. *Vide vanitas*.

Munus. *Adj*: Amplissimū, magnificentissimū, plurimū, maximū, præclarum, Regium. *Phr*: Huic oneri ferendo non sum. Pares oneri vires; Munus suū obire exequi, Munere fungi. Officii mei est. Id mihi munus compositū, demandatū, commissū. Magistratu abire, vacare a publico munere. Requiescere à Reipublicæ muneribus. Illum amovit ab officio. Munus alterius obire, vicem implere. Vicariam alicui operam præstare. Alienum munus exequi. Non ei defuit cura in tanto officio. Jllam sibi Officiosam Provinciam poposcit. Duram cepisti provinciam. Ea consecutus est, quæ in Republica putantur esse amplissima. Summis perfunctus honoribus. Eximiam ex hoc munere collegit laudē. Præclare gessit Provinciā.

Per-

Perſonã ſuã & partes cũ lavde ac pro Dignitate ſuſtinuit.

Muſica: *Syn*: Symphonia, cantus. *Adj*. Dulcior, remiſſior, lugubris, artificioſa, angelica, feſt va. *Phr*: Grata vocum diſcrimina, Vocũ diſcordia concors. Feſti concentus. Molliores in cantu flexiones. Muſica oblivio eſt laborum omnium, ſolatiũ mærotũ, triſtitiæ oblectamentũ. Loqui muſica cupit & audiri. Vox una & plures, & pluribus una mirabilis harmonia. Homines ad quoddam gaudiũ convertens. *Sent*: Anima Chriſtiana cantica mũdi ignoret. S. *Hier*: Ubi Cytharæ & tibiarũ cantus atq́; tripudia perſtrepunt, ibi virorũ pariter ac Mulierum ſunt tenebræ; Diaboliq́; Feſtum Celebratur. *S. Ephrem Simil*: Sic videmus frequenter blandis ſibilis aves decipi, & hebetes feras in laqueum mortis dulcedine vocis impelli. *Vide cantus*: *canere*.

N. N. N.

N*Arrare*. *Syn*. Enarrare, eloqui, aperire, memorare, recenſere, ediſſerere, exponere, ſignificare. indicare, enuntiare. *Adv*: Benè, interrupté, jucundè, variè, enodatè, dilucidè, graviter, probè, ornate, venuſtè, noviſſimè, palam, ſecretò, apertè diſtinctè. *Phr*: Rem geſtã narrati-

ratione exponere. Aliquid singillatim enarrare. Subtilius singula recensere, literis proditū est. Lubet breviter, carptimq́; complecti, & velut rudi manu designare rerum imaginem. Id quo peractum sit modo, haud indiligenter expediam.

Nasus. *Phr*: Quanta nasi discrimina. Ludit Pöëta in Proclum, hominem Thersite Homerico deformiorem, bene capitatum acuté auritum, prolixè ac liberaliter nasutum, atq; nasum tam ampla porrectum mole describit, ut emungere ac detergere totū nequiret; quippè major multo erat, quàm ut ad eum manus posset pertinere.

Nationes. *Syn*: Gens, genus, ordo, *Adj*: Nationes immanes, barbaræ, multæ, acerrimæ, ingeniosæ, Religiosæ, officiosissimæ. *Siculis* addit Cicero, quod sint acuti, & ingeniosi. *Græci*: leves, loquaces, inepti, otiosi. *Cāpani*. Insolentes, imperiosi *&c*.

Natura. *Syn*: Essentia, ingenium, animus, ratio, judicium, origo, initium, principium, constitutio status, conditio. *Adj*: Natura socors, animalis, altissima, ætherea, consultrix, & provida utilitatū, præpotens, excellens, idonea, ignea, sera, usitata, nota, importuna mitis, clemens, benefica, recondita, voluptuaria. *Phr*: Communis hominum Parens. Vis ingenita, Dux optima recte vivendi. Rerú fæcunda Parens. Magistrâ ac Duce naturâ. Na-

turæ

turæ ratio. Hoc vitium nobis à natura insitū, ingenitum, innatum. Natura ita comparatum est. Insita in animis nostris lex. Jngenita naturæ virtus. Innata cupiditas. Sic imbuti sumus. Natura insculpsit in mentibus nostris. Suaptè naturâ suopte ingenio, suâ indole. *Sent*: Repugnante naturâ inania omnia sunt, *S. Greg*: Naturæ Leges pervertere summæ temeritatis est. *S. Chrysost*: Durum est adversari naturæ. *Philo*. Natura Duce, errari nullo modo potest. *Cic*: Bos ad aratrum adhibendo, equus ad currum, ad venatum canis, sic quisq; debet eam vitæ rationem capessere ad quam natura sit appositus. *Plut*. Ut navem & ædificium idem destruit facillimè, qui construxit, sic hominem eadem, optimè quæ conglutinavit natura dissolvit. *Cic*:

Naufragium. *Adj*: Maximum, miserrimum, tantum, universum, funestum, damnosum, infelix. *Phr*: Laceræ navis submersio. Tristis naufragii jactura. Naufraga calamitas. Navis variis turbinibus procellarum quassata. Præceps demersa. Naufragiū facere. Intumescit procellosum mare, fremunt venti, surgunt decumani fluctus, provolvuntur ad littus. Navis incipit fatiscere, dehiscere, hauriri fluctibus.

N*avis*. *Syn*: Navigium, cymba, celox, actuarium, navicula. *Adj*: Magna constrata pulcherrima, onusta prædâ, idonea, oneraria,

mer-

mercibus referta, roſtrata, tuta, armata, piratica. *Phr*: Navis amplæ molis, mediæ amplitudinis. Stabilis & firma, Ad ferendum incurſum maris ſolida, gubernaculo parens, conſentiens vento. Bene intrinſecus compacta; extrinſecus eleganter depicta; Mobili clavo, firmis rudentibus, procero malo, inſignis carchesia, ſplendentibus velis, omnibus ornamentis idoneis ad uſum referta.

Nauta. Syn: Navicularius, naviculator, vector, navarrhus, nauclerus. *Adj*: Vigil ſolicitus, audax, impavidus, ſagax, callidus, ſecurus, præſcius, providus, peritus, rudis. *Phr*: Navigii rector, Ductor, Dux, moderator, gubernator, Magiſter, Præfectus. Qui procellarum, tempeſtatũ, ac periculorũ eruditur Magiſterio.

Neceſſitas, Syn: Vis, fatũ, ſors. *Adj*: Multa, fatalis, nimia, inevitabilis, ſumma ultima, extrema, violenta, inimica, inviſa, urgentiſſima, ineluctabilis, inſuperabilis. *Phr*: Artis Magiſtra neceſſitas; nullis adſtricta legibus' Neceſſitas ultimũ ac maximum telum. Efficacior omni arte neceſſitas. In rationem neceſſitas verſa. Coactus rerum neceſſitudine. Eò neceſſitatum compulſi. Si aliquando neceſſitas nos ad ea detruſerit. Cui tota natura ſubjecta eſt. *Senten*. Nihil tam neceſſarium, quam cognoſcere quid non ſit neceſſarium. *S. Ambr*: Felix eſt neceſſitas, quæ in meliora compellit

S.

S. Aug: Necessitate vivimus, necessitate morimur. *Idem*. Necessitas magnum humanæ infelicitatis Patrocinium est. *Sent*: Quod fieri necesse est, voluntariè sacrificato. *Anon*: Necessitate nihil est fortius, *Lips*..

Negligentia. *Syn*: Incuria, ignavia, inertia, desidia, pigrities, torpor, socordia. *Adj*: Supina, summa, extrema, maxima, dissoluta. *Phr*: Minus solicitus, parum sedulus. Ex neglectu contemnens; parvi pendens; aliquid despicatui habens. In munere obeundo segnem se & negligentem præstat. Hæc pestis ingeniorum est. Fortem & audentem animũ infringit. Omnes animi vires debilitat. *Sent*: Sicut in unoquoq; opere bono, mater est diligentia; ita universæ doctrinæ & disciplinæ noverca est negligentia. *S. Aug*. Minimorũ neglectus, impedimentũ est maximorũ. *S. Bern*. Turpissima est jactura, quæ per negligentiam fit. *Seneca*.

Negotium. *Syn*: Occupatio, opus, res, munus, cura, Provincia, labor. *Adj*: Negotiũ, audax, certum, ineptum, fortunatum, lentum, odiosum, salubre, turbulentum, vulgare, notum, molestum, operosum, plenum laboris & periculorum assiduitate molestum; A meis studiis abhorrens, ab omni genere literarum alienum. Negotiorum magnitudo, vel varietas. Negotium obire, administrare, cõficere, trãsigere, expedire, ad exitum perducere. Rebus

suis

ſuis proſpicere negotiis conſulere. Rationibus ſuis providere. Rebus ſuis indormiſcens. Graviſſimis negotiis implicatus. In negotiis plurimũ verſatus. Obrui negotiorũ mole. Tot tantisq; negotiis diſtentus. Sevocare animũ a negotiis. Emergere ex negotiis. Extricare ſe negotiorũ turbis. E malis eluctari. Magna negotia magnis indigent apparatibus. A negotiis nullus dies ei vacuus eſt. Diſtentus opere; Negotiis diſtractus *Sent*: Majorũ nugæ negotia vocantur. *S. Aug*: Vix homo proſperatur, qui dimiſſis negotiis propriis ſolicitus eſt de alienis. *S. Bern*: Otioſa vitæ tranquillitas, negotiorũ ſplendore pretioſior eſt. *S. Greg*: *Simil*: Navis tempeſtatibus non agitata ſecundo vento navigat, & anima ſæcularibus abſoluta negotiis in portu quieſcit. *S. Chryſoſt*: Ut citius fatigatur, qui quã longũ ſit iter neſcit; ita minore tædio rem gerit cui negotii ratio modusq; præcognitus eſt. *Eraſ*:

Nequam. *Syn*: Improbus, nebulo. *Phr*. Nefarium caput. Architectus ſceleris. Perfidæ profligatæq; turpitudinis. Quæ nota turpitudinis non inuſta tuæ vitæ eſt? Scelerũ omniũ machinator. Vir omni labe, nequitiaq; conflatus.

Nobilis. *Syn*: Clarus, inſignis. *Adv*: Admodũ, ſanè. *Phr*: Nobiliſſimo genere natus. Honeſto loco natus. Nobiliſſima Familia, ſtirpe antiquiſſimâ natus. Generis nobilitate con-

ſpicuus. Familiæ ſplendore clarus. Stirpis antiquitate cõmendatus Gloriosũ liberis eſt generoſos eſſe Parentũ ſangvine; Nobiles eſſe majorũ ſtemmate. Qui imagines in atrio exponunt, & Nomina Familiæ ſuæ longo ordine ac multis ſtẽmatũ illigata flexuris in parte prima ædiũ collocant, noti magis quã nobiles ſunt. *Sent*: Tuæ Genti plurimũ ſplendoris ac Dignitatis adjeciſti. Dignitas tua Avorũ gloriã traxit in cõpendiũ; Anteceſſorũ laudes coegit in proprias. Majorũ ſplendorẽ germinavit in ſuo. Si enĩ definiente Ariſtotele, Nobilitas dignitas quædã Majorũ eſt, quanta Nobilitas tua erit, cujus Majorũ Dignitas, quoq; versũ ſpectata pæne eſt immenſa.

Nobilitas. Phr: Nataliũ claritudo. Familiæ ſplendor. Nominis amplitudo, ſtirpis antiquitas. Non in origine præclara; Non in fumoſis Majorũ Jmaginibus non in multitudine titulorũ, ſed in virtute, in ſcientia, in anima præcellentibus hiſce dotibus, ornata vera nobilitas conſiſtit. Male judicat, apud quẽ nataliũ conditio momentũ addit Dignitati; male promovetur, quẽ non ſua ſed Patris cõmendãt merita, indignè ſortitur officiũ, quẽ ſangvis facit honoris candidatũ, Langveſcet virtus, induſtria omnis interibit, ſi ſola nobilitas præmia retulerit & officia. Nemo ideo dignior eſt quia Patre nobilior, niſi nobiles ejus laudes, moribus ſuis in Epitomen cogat; nec tã ſan-

gvi-

gvinis & fortunæ, quã virtutis successor audire mereatur. Vanũ est desidi, gloriosa Patrũ gestare Nomina, qui solus otio sterilescit, & nihil præter Paterni Nominis syllabas suũ fecit. Nobilitas flos subditorũ; Magistrat9 præsidiũ, Reipublicæ firmissimũ propugnaculũ. *Sent*: Probati viri genus virtutis prosapia est. *S. Ambr*: Nemo nobilis, nisi quẽ nobilitat virtus. *Beda*. Melius est ut in te glorientur Parentes, quã tu in Parentibus. *S. Chrysost:* Stultũ est gloriari te Parentẽ habuisse bonũ, cũ sis ipse malus *Lud: Viv: Simil:* Ut arbor trophæis onusta, non ideo truncus esse desinit, qui fuit; quæ honori fuerunt aliis, ipsi non nisi oneri sunt; ita prorsus egregia Antecessorũ nobiliũ facinora, ignominiæ & dedecori sunt, nisi eadẽ imitemur. *Savedra Vide Virt9.*

Nox. *Syn*: Tenebræ, caligo. *Adj*. Acerbissima, cæca, propè extremâ, obscura, serena, funesta, luctuosa, intẽpesta, præceps, longa, proxima, media, multa, infanda, nefasta. *Phr*: Obscuræ noctis imago. Nocturnũ tẽpus. Noctis umbræ. Multâ de nocte Convolvebat se se ã in noctẽ dies. Concubiâ nocte Luna pernox erat. Primæ noctis silentio. Noctis interventu Noctẽ subnubilã nactus. Nox siderib9 illustris. Nocturni temporis insolentia.

Nubes Syn: Nubila *orum* Nubecula *Adj*: Cæestis, cærulea, opaca, atra. *Phr*: Concretus in

aere vapor. Densatus aer. Adeo spissæ intendêre se nubes, ut conderent lucẽ. Cælũ nubibus obductũ. obductæ Cælo nubes caliginem afferunt, lucẽ eripiunt, obscuritatẽ pariunt, solẽ condunt. Nubes concretas videmus, pendulas & mobiles,

O. O. O.

OBedientia. *Syn*: Obtemperatio, observantia, obsequium. *Adj*: Obedientia, prompta, cæca, Religiosa, parata, mira summa, Sancta, nimia. *Phr*: Propensio animi sponte ac studiose ad alienũ se accõmodantis, arbitriũ. Spõtanea & rationabilis propriæ voluntatis abnegatio. Spontaneũ propriæ voluntatis sacrificium. Voluntas faciendi mandatũ Superioris. *Senten*: Multo melior est obedientia, quã victima. *Eccl*: 4. Obedientia est schola Salvatoris. Nobile genus Martyrii palma triũphali scala Paradisi. *S. Bonav*: Obedientia est summa in merito, vicina Deo, proxima Cælo. *Ia* Cæteris virtutibus Dæmones impugnantu per obedientiã vero vincuntur. *S. Greg*. Mile in castris audito viæ signo, vasa colligit; au dito pugnæ deponit; idẽ nobis sit; & in ha
mi

militia sequamur alacres & pleno gradu, quocunq; vocantē Imperatorē. *Lips.*

Obedire. Phr: Mandatis morē gerere. Ad nutū Imperantis paratū esse Imperiū non recusare. Monita sequi. Tua mihi voluntas, lex erit, atq; norma. Mandatis tuis parebo. Me totū ad tuū arbitriū confirmabo. Unū illud spectabo quod velis, continuoq; exequar. Quāvis in partē facilè agitur; Nullo regitur negotio. Flexilē se præbet ad regentis Imperiū. Imperata detrectat. Adversus Præpositos contumax & refractarius. Non satis morigerū se præbet. *Vide inobediens.*

Oblivisci. Phr: Aliquid oblivione conterere Alicuius rei oblivione capi. Memoriā rei amittere. In alicujus rei oblivionē venire. Aliquid obliterare; ex animo eiicere. Injurias mihi illatas oblivione perpetuâ obruā, cōterā extingvā. Omnē acceptæ injuriæ memoriam deponā, vel ex animo delebo. Nulla tēporis vetustas magnitudinē tuorū erga me meritorū imminuet. Nullum officiū tuū apud me intermorietur. Tuorū beneficiorū memoria nunquā apud me consenescet. *Sent:* Omniū recordaris & te ipsū obliviscēris. *S. Bern:* Percutitur hâc animadversione peccator, ut moriens obliviscatur sui, qui dū viveret oblitus est Dei. *Cæsar. Arel: Simil.* Mens obliviosa est quasi saccus pertusus, in quē quidquid mittitur, perditur. *Hugo C.* Ut quod chalybi aut

mar-

marmori insculpseris, manet diutius;ita quod majore studio discimus nunquã obliviscimur. *Erasm:*

Obsidere. Phr: Ad urbẽ castra metari. Urbẽ obsidione cingere. Urbẽ operibus munitionibusq́; sepire, militibus circũdare interclusam tenere. Urbẽ obsidione liberare, in libertatẽ restituere, servare incolumẽ. Nulla Urbs fortiús obsidionẽ tulit. Hostis impetũ ad extremũ usq; sustinuerunt. *Vide Propugnaculum:*

Occidere. Syn: Interficere, interimere, cædere, necare, enecare, obtruncare, mactare, jugulare, trucidare, perimere. *Adv:* Impunè nõ dubitantèr, atrocissimè. *Phr:* De medio tollere, vita privare, morte afficere, occisione occidere, gladio conficere, veneno tollere, extingvere. Perpetrare cædem. Ingentẽ ediderunt cædem, Tot milliũ sangvine imbuit manus. Improvisos internetione occidit. Manus sibi violentas inferre. Necẽ sibi consciscere.

Oculus Syn: Visus, lumen. *Adj.* Oculi integri, abstinentes, perspicaces, acres atq́; acuti, perversi, curiosi, errantes, licentiores, venusti, lucidi, dolis circumsepti, in aspectu micantes, emissitii, exploratores, testes & indices animi, truces, ignei, flavescentes. *Phr:* Acutissimi veritatis indagatores. Specula cordis, & judices pulchritudinis. Mentis interpretes & duces sensuũ, affectuũ pictores. Veloces oculorũ jactus. Oculi virtutis periculũ,

vir-

virginitatis fascinũ, libidinis minæ, venenũ castitatis voluptatis illecebræ, gehennæ scintillæ, pietatis funus & sepulchrũ Sanctitatis. *Prov*: 18. Oculis ægris odiosa est lux, quæ puris amabilis est. *S. Aug*: Oculus sit animæ fenestra; sit mentis speculũ, lumen corporis, membrorũ dux sit, non introitus vitiorũ. S. *Chrysol.*

Odisse. Phr: Odio teneri, affici, ardere flagrare. Malevolentiâ suspendi. In odiũ offensionẽq; plurimorũ venies, incurres. Grave odium in te concitabis Graves inimicitias suscipies. Invidiã plurimorũ contrahes. Habebis qui tibi vehementer infensi sint Multorũ odia in te cõmovebis. Omnibus odio est. Omniũ odio & invidia premitur. Omnes ab illo abhorrent. Nemo in illũ bene animatus est. Nemo est, qui ei non male cupiat. Tantopere abhorret aspectũ ejus. Tanta in me iracundia exarsit. Jras novas concepit & assumpsit odium. Nunc eũ congressione & sermone dignum judicat.

Odium. Syn: Invidia, offensa, offensio, simultas, malevolentia. *Adj*: Odiũ, acerbum, summũ, acerbissimũ, acre, apertissimũ, levissimũ, capitale, diuturnũ, inveteratũ, hostile, pristinũ, infestũ, penitus insitũ, nefariũ, intestinũ, tacitũ, compressũ, implacabile, incitatissimũ, Vatinianũ, viperinũ, *Phr*: Odio inter se & simultate diutinâ conflictati sunt.

Po-

Ponerent odia in perniciem itura. Ad graves teſtatasq; inimicitias progreſſi ſunt. Et amaritudine & viribus ingenii adverſus ſe pertinaciſſime uſus. *Sent*: In odio perſeverare, diabolicũ eſt. *S. Aug*: Nec Deum laudare,nec ab eo exaudiri meretur, qui odiũ ſervat in corde. *Idem*. Odiũ nec per paſſionẽ deletur, nec per martyrium purgatur, nec per ſangvinẽ effusũ abluitur. *S. Bern*: Nihil tã contrariũ, tã execrabile Deo, quã odiſſe. *S. Hier*: *Simil*. Ex feſtuca incenſa aut lucerna neglectaDomi nonnunquã conflagrat urbs tota; ſic ex privatis odiis & diſſidiis, publica pernities oritur. *Plut*: Subduc materiã extingvetur ignis,ſubduc occaſionẽ, extingvetur odiũ. *Idem*.

Odor. *Syn*: Odoramentũ, fragrantia. *Phr*: Odoris habitus. Svavẽ exhalans odorem, odoris ſvavitate recreatus. Svavitatem,odorẽ cõſectatus. *Contra* Odor ingratus, teter graveolens, graveolentia. Odoris gravitas, teter halitus, odoris fæditas. Tetrũ odorẽ, exhalare, fætore, imbuere, inficere vitiare. Fætorẽ contrahere, combibere.

Opinio. *Syn*: Sententia, ſenſus, exiſtimatio, mens, conſiliũ, conjectura. *Adj*: Adverſa, obſcura, vulgaris, cõmunis, levis, depravata, ementita, dubia, vitioſa, errans, certa, vehemens, gravis, periculoſa, ficta, ſtabilis. *Phr*: Inter ſe diſſentientes opiniones. Inveteravit opinio. Niſi de te malã opinionẽ animo imbibiſſet,

bisset. Multũ te ista fefellit opinio Ut fert illorũ opinio. Quæ opinio erat edita in vulgꝯ. Mala interpres opinio. Quid certi inter tot pugnantes ac dissidentes opiniones. Inveteravit jã pridẽ opinio. Hoc cupit hodie, cras spernit, hoc probat, mox reprobat. *Simil*: Ut oculus qui nebulam aut aquã inspicit, res metitur falso modo; sic animus qui per opinionis nubẽ. *Lips*: *Sent*. Quales haberi volumus tales simus. *S*: *Ambr*: Quod intelligimus debemus rationi, quod credimus Authoritati, quod opinamur errori. *S*. *Aug*: Decor tuus splendor bonæ opinionis est. *S*. *Bern*. Fratrũ potius quã opinionũ nostrarũ amatores fiamꝯ. *S*. *Greg*: *Naz*. Mala opinantur de te homines, sed mali *Sent*: Humana omnia opinione constant. *Strada*.

Orare Syn. Precari, deprecari, supplicare, invocare, implorare, rogare, obsecrare, obtestari. *Phr*: Operã dare piæ precationi. Quod agis fortunent superi. Quod instituisti, feliciter cadat, vel bene vertat, vel prospere eveniat. Ex animi sententia procedat. Quod cæpisti consiliũ quã est honestũ, tã sit etiã auspicatũ. Velim ut ex voto res omnes tibi succedant. Precor ut secundo faventeq; Numine, negotiũ susceptũ conficias. Sit felix, faustum, fortunatũq; tibi, nobis omnibus, totiq; Reipublicæ quod instituisti. Vota pro cõmuni bono nuncupare.

Oratio. *Syn*: Precatio, cõprecatio, rogatio. *Adj*: Pia, humilis, ſolicita, benigna, importuna, aſſidua, potens, attenta, repetita, irrita, vana, inanis. *Phr*: Incaſſum miſſæ preces. Fuſæ Deo ac Cæleſtibus preces. Piæ mentis ad Deum converſio. *Sent*: Bona eſt oratio cũ Jejunio & eleemoſyna. *Tob*: 12. Oratio humiliantis ſe nubes penetrat. *Eccl*: 35. Oratio tua locutio eſt ad Deũ: quando legis, Deus Tibi loquitur, quando oras, cũ Deo loqueris. S. *Aug* Oratio eſt hoſtis flagellũ, peccatoris ſubſidium proximi ſolatiũ. Dei ſacrificiũ. *S. Bonav.* Vis altũ proficere? ora; dura molliunt calentes preces. *Theſ. Simil*, Sicut militẽ procedere ad conflictũ non congruit ſine armorum protectione, ita nec homini Xſtiano abſq; Orationis munitione aliquid agere licet. *S. Laur*: *Juſt.*

Oratio. *Syn*: Locutio, ſermo. *Adj*: Abjecta, non abundans, polita, accurata, erudita, ſplẽdida, illuſtris, gravis, vehemens, faceta, urbana, obſcura, humilis, ornata, verbis gravibus referta, aſpera, diſſoluta, inculta, fortis, ſubtilis, copioſa, docta, nitida, compta, perelegans, contumelioſa, pernitioſa, preſſa, copioſa. *Phr*: Placidæ Orationis flumen. Nullo contexta artificio, ſplendido elocutionis genere adornata. Sententiarũ copiâ locuples oratio. Nullo ſtudio exculta; nullo artificio elaborata. Romanæ facundiæ ſvavitate condita, *Sent*: Orationis prolixitas, moleſtiam affert.

Theo.

Theod: Habet ſuum venenum blanda Oratio. *Anon:* Oratio ſolicita Philoſophum non decet. *Sent:* Oratio blanda, melleus laqueus. *Diog:* Nihil eſt Oratoria vi clarius. *Valer: M. Simil:* Ut freno circumagitur equus, ut clavo navis; ita oratione ducuntur homines. *Cic:* Ut idem ſol ceram liquefacit, lutum indurat; ita eadem oratio alios reddit meliores, alios deteriores pro ingeniorũ varietate. *Eraſ:*

Orator. Syn. Accmomodus ad probandum, mediocris, præſtantiſſimus, ſimplex, copioſ9, amplus, argutus, induſtrius, vehemens, gravis, diſertus, excellens, præclarus, ſummus, ornatiſſimus, facundiſſimus, abundans, facetus. *Phr:* Orator omni laude cumulatus. Ætate provectus; uſu, memoriâ, rebus omnibus ad dicendum inſtructiſſimus. Ingenioſum & gravem orationis curſum perfecit. Dicendo animos audientium flectit, ac admirationem concitat. In quo omnes vires ſuas eloquentia eſt experta *Sent:* Oratorum ſcientia eſt, quomodo loqui deceat. ſed ſapientis doctrina eſt, quomodo vivere oporteat. *Lact: Firm:* Nihil perfecto oratore præclarius. *Cic:* Optimus eſt Orator, qui dicendo animos audientium & docet, & delectat, & permovet. Docere debitum eſt, delectare honorarium, permovere neceſſarium. *Idem.*

Otium. Syn: Deſidia. remiſſio, quies, inertia, ignavia, langvor, torpor, ſegnities. *Adj.*

Otium

Otium, commune, domesticum, honestum, plurimũ, moderatũ, nimiũ. *Phr*: Vita segnis; Ignava quies; Otia vitæ desidis. Malorum omniũ parens otiũ. Vacatio ab opere. Nè otio diffluerent, solverentur. Pulcherrimæ diei partem, sedendo quiescendoq; deterens. Nullus sceleri locus, cùm seriis animus distringitur. Par est omne odisse vitium sed otium vel maxime; Unicus hic hostis Virtutis robur enervat; nec verecundia in tuto, ubi molle hoc desidiæ telum excepisti. Vitia quisquis nescit, sæpẽ didicit desidiâ Magistra. Fætet sæpius quidquid stagnat; *Et vitium capiunt ni moveantur aquæ.* Quis ergo se deinceps inerti otio dedere ? quis torpere desidia velit ? *Sent*: Multam malitiam docuit otiositas. *Eccl*: 33. Nihil Dei servis otiositate pejus, S. *Aug*: Fuge otium quia mors est. *Idem* Ignavia magnorum ingeniorum sæpe pestis. *Lips*: Qui nihil agunt mortui ambulant inter vivos *Idem*.

Ovis. *Syn*: Ovicula, agna, bidens, balans. *Adj*: Imbellis, mollis, placida, pavida, mansveta, sequax. *Phr*: Ovium grex. Ovillũ pecus. Agnelli serotina fætura nati.

P. P. P.

P. P. P.

PAlatium. *Phr:* Ædificium luxu Regio extructum. Rerum omnium magnificentiâ superbum & elegans. Artifice manu constructa vel fabricata Domus. *Vide Opes.*

Papa. Phr: Supremus Xsti in terris vicarius. Præses ac Rector Ecclesiæ. Supremo Pontificatu insignis. Summus Religionis Arbiter. Supremus Ecclesiæ moderator.

Pati Syn: Ferre, perferre, tolerare, perpeti, sustinere. *Adv:* Ægrè difficillimè, diutius, moderatè. remissius, clementer, fortiter, humanissime, indignè. acerbè, placidè; graviter constanter atrociter, turbulentè, *Phr:* Gravissimo dolore crucior. Me dolor exagitat. Dolore fractæ vires. Graviter molesteq; tulit. Adversam fortunam egregiè tulit. Convitiorum aculeos valenti animo tulit. Verbum nullum audivi, non dico querulum, sed quod testaretur dolorem. Adversarum rerum patiens & tolerans, In rebus asperis non perturbari. Adversam fortunam forti & obfirmato ferre animo. Expectare transitum tempestatis. Adversis rebus minimè deiici. Retinere Dignitatem in rebus adversis. Adversa quæq; excelso animo ferre.

Pati-

Patientia. *Syn*: Tolerantia, perpeſſio. *Adj*: Incredibilis, mira, ſingularis, præclara, invicta, tranquilla, infracta, conſtans, fortis. *Phr*: Virtus malis infracta. Duris gaudens. Medios inter tumultus tranquilla. Rerum humanarũ tolerantia. Tolerantia laborum. *Sent*. Qui patiens eſt multa gubernatur ſapientiâ; qui autem impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam. *Prov*: 14. Ubi patientia, ibi lætitia. S. *Ambr*: Nobile genus victoriæ eſt, hoſtem debellare jacendo. S. *Anton*: Da mihi in adverſis patientiam, in proſperis continentiã. S. *Aug*: Cuivis dolori remedium eſt patientia. *Anonym*: Non omnia poteſt potentia, potentior patientia eſt *Nierem*: Levamentum aliquod miſeriarum eſt, non reniti. *Lipſ*: *Vide Conſtantia, Fortuna*.

Patronus. *Syn*: Defenſor, Cuſtos, Tutor, Mæcenas, Advocatus. *Phr*: In cauſis cognoſcendis diligentiſſimus. Tutela Patronus. Authoritate propugnator. Tuis auſpitiis ſe ſe efferunt. Tibi hæc cura reſervatur; te manet hæc defenſio, tua eſt hæc tutela. Fidem tuam tot pignoribus nobis obligaſti, ut nos jure nullo poſſis tuis cogitationibus, curis & vigiliis excludere. Cum hæreditate ſub tuam curam ſolicitudinemq; venerunt.

Pauper. *Syn*: Egenus, inops, indigus, mendicus, tenuis. *Phr*. Fractus & afflictus calamitate. Tenuis vitæ homo. Omnibus opibus de-

ſti

ſtitutus. Cui parva eſt res familiaris. In egeſtate vitam degit. Rerum omnium inopiâ laborat. Rerum omnium penuriâ confectus. In eas conjectus eſt anguſtias. Eò eſt à fortuna dejectus. Multos fortunæ injuria lapſos ſuſtẽtat atq; erigit. Res noſtræ ſunt pauperculæ. Nos exturbarunt fortunis omnibus. Opes noſtras maximè attrivérunt. Acciſas res noſtras ſatis conſtat. Quorum res anguſta Domi. Ad inopiam remis velisq; properat.

Paupertas Syn: Tenuitas, inopia, egeſtas, indigentia penuria *Adj*: Summa incredibilis, dura, aſpera, infelix, contracta, indiga. *Phr*: Rei familiaris anguſtia. Domeſtica difficultas. Inopia rei pecuniariæ. Attenuatiſſima fortuna. Res exigua & curta ſupellex. Ex meis anguſtiis illius ſuſtento tenuitatem. Paupertas in Ariſtide juſta, in Phocione benigna, in Epaminonda ſtrenua, in Socrate ſapiens, in Homero diſerta. *Sent*: Memento paupertatis in tempore abundantiæ, & inopiæ in die divitiarum. *Eccl*: 18. Pars ſacrilegii eſt rem pauperum dare non pauperibus. *S. Hier*: In paupertate quiſpiam felix ætatem exegit, rariſſimè verò in divitiis & Magiſtratibus. *Epict*: *Simil.* Sicut qui viam terit, eò felicior, quò levior incedit; ita beatior in hoc itinere vivendi, qui paupertate ſe ſublevat, non ſub divitiarũ onere ſuſpirat.

Pax. Syn: Quies tranquilitas, compoſitio.

Adj: Diuturna, explorata, nondũ ſatis firma, iniquiſſima, optatiſſima, perpetua, placidiſſima, ſtabilita tranquilla, tuta. *Phr*: Pacis cõciliatio. Reconciliata gratia. Pacem cum hoſte fecit. Inter eos pax coiit. Pax ſimulata; pacis nomine bellum involutum. Ubi omnia ſunt in pace. Cum nemine prorſus tibi convenit. Alienus ab omnium conſvetudine. Conciliare inter ſe animos, vel pacatos reddere. Ad priſtinam concordiam reducere. Inimicitias ſedare, extingvere. Lites dirimere; placare odium, animum lenire. Significat ſe amiciſſimum eſſe. Dulce nomen eſt pacis; res verò ipſa cùm jucunda, tum ſalutaris. *Sent*: Pax dilectionis Mater, concordiæ vinculum, puræ mentis indicium manifeſtum. S. *Aug:* Nemo eſt qui non vult pacem, ſed non omnes volũt operari juſtitiam. *Idem*. Pax ſtabilimentum Reipublicæ.

Peccare Syn: Delinqvere, errare. *Adv*: Cõſultò, impunè. *Phr*: R m nefariam committere. Flagitium patrare. ccato ſe maculare, inficere, inquinare. Scelerate agere. Peccãdo verecundiæ fines tranſire.

Peccator. (*vox latina non eſt, ſed tantum apud Eccleſiaſticos ſcriptores reperitur.*) *Phr*: Noxæ vel criminis reus. Gravium noxarum reus. Divini Nominis hoſtis acerrimus. Juratus Dei hoſtis.

Peccatum. Syn: Delictum, erratum, crimen,

culpa

culpa, error, vitium, noxa maleficium. *Adj:* Commune magis crebrum, quotidianum, levius, manifestum, intolerabile, summũ. *Phr:* Adami posteris congenita macula. Mortaliũ avita noxa, Capitis vitio transmissum mortalibus vitium. Cognatione stirpis infusa nobis noxa. Derivata a primo Parente in posteros animi pestis. Intemperatus vitiosusq; excessus. Aversio ab incommutabili bono, & ad bonum commutabile conversio. *Sent.* Mallem purus à peccato & innocens gehennam intrare, quàm peccati sorde pollutus Cælorum Regna tenere. S. *Anselm:* Dulce est peccatum, sed amara mors. *S. Aug.* Humanum est peccare, Xstianum est à peccato desistere; diabolicum est in peccato perseverare. *Idem.* Omne peccatum consvetudine vilescit, & fit homini quasi nullum sit. *Idem. Simil:* Sicut putredo aufert pomo decorem, valorem, colorem, odorem & saporem; sic peccatum aufert animæ decorem vitæ & odorem famæ, valorẽ gratiæ & saporem gloriæ. *S. Bonav:* *Vide Crimen error.*

Pecunia. Syn: Nummi, aurum, æs. *Adj:* Pecunia permagna, vacua, credita debita, mutuaria, ingens, grandis, summa, abundans, aliena, modica, vectigalis, universa. *Phr:* Magna pecuniæ vis. Ingens argenti copia; aliquantũ nummorum; argentum signatum Adulterina pecunia. Numerata pecunia. Benè nummatus

eſt. In numerato multum habet. Inopia rei pecuniariæ laboro. Verſor in magna difficultate nummaria. Exhauſi loculos omnes. Crumena exinanita eſt. *Sent:* Pecuniæ obediunt omnia. *Eccl:* 10. Quid vanius eo, qui putat plus valere nummũ, quã Deum. *S. Aug:* Non eſt paupertas pecuniæ paucitas, ſed inſatiabilitas. *Clem: Alex:* Pecuniam amas, Deum tuum ama; pecunia te non facit beatum. S. *Aug:* *Simil:* Sicut ignis paleam, ſic pecuniæ cupiditas, avaritiæ flammam incendit.

Periculum. Syn. Diſcrimen; alea, caſus. *Adj:* Imminens, præſens, ultimum maximum, extremum, graviſſimum, incertũ, repentinũ, improvisũ ſubitũ. *Phr:* Res plena periculi. Verſamur in præſenti & manifeſto periculo. Periculũ imminet. Eodẽ in diſcrimine verſaris. In eadẽ navi navigas. Eadem te fortuna manet Me in diſcrimen adducis; in periculũ vocas. Periculũ propulſare, amoliri, arcere. Subtrahere ſe alicui periculo. A periculo abſum. Exploratã habeo rationem ſalutis meæ. Ejus in dubio eſt vita. Periclitatur æger. Res periculoſa; diſcrimini obnoxia. Unde plurima incommoda ſequi, oriri manare, enaſci poſſunt. Periculoſæ plenum opus aleæ. Hujus rei periculum in me recipio. Fortunarum & capitis mei periculo. Tantis circumſeſſus periculis. Nil ſecurius quam non tangere fluctꝰ quibus cum ultro te dederis, nè accuſa fortu-

ta, te accusa. *Sent*: Qui amat periculum peribit in illo. *Eccl.* 3. Qui pavet cavet; qui negligit, incidit. *S. Bernard.* Contemptũ periculorum assiduitas periclitandi dabit. *Sent*:

Peritus. *Phr*: Doctrina excultus. Gnarus omnis artis & disciplinæ. Doctrina atq; optimarum artium studiis eruditus. Præclara eruditione ornatus. Bene doctus. In rebus gerendis industrius. In sua arte præstantissimus,

Perseverantia. *Syn*: Constantia, assiduitas, *Adj*: Magna, summa, singularis, incredibilis, *Phr*: Animus constans, obfirmatus. Propositũ fixum immotum. Constantiæ satis. *Sent*: Complementũ & conservatio operum nostrorũ, est constantia. *S. Anton*: Incipere plurimorũ est, perseverare paucorum. *S. Hieron*: Summũ opus est non cessare à bono opere. *Nier*: Qui futurus est semper beatus oportet ut sit semper bonus. *Idem.* *Vide Constantia.*

Perseverare. *Syn*: Permanere, perstare, persistere. *Adv.* Fortissimè diu, *Phr*: In proposito susceptoq; consilio. In eadẽ sententia. Perseverantiam sententiæ suæ retinere. Stare oportet in eo, quid sit judicatum. Instituti mei tenendi causa. Quem de proposita sententia nulla vis, nullũ periculũ possit depellere. De hac sententia non dimovebor. Tundere eandem incudẽ dies noctesq;

Persvadere. *Syn.* Excitare, impellere, inducere. *Adv*: penitùs sibi, prorsùs. *Phr*: In mentem

inducere. In animum induxit. Ægré impetra veris, ut id mihi persvadeam. Adduci nor possum, nulla impelli ratione possum. Rem ita esse persvasum est. Sic apud me statuo.

Pertinacia. Syn: Obstinatio, pervicacia, cõ tumacia. *Adj*. Incredibilis, obfirmata, maxima inflexibilis. *Phr*: Obstinati animi sententia Induratæ in malitia mentis pertinacia. Quan difficile est accedere ad cor ejus, quod lapide quædam obstinatio clausit. *S. Bern*:

Pertinax. Syn: Obstinatus, obfirmatus, te nax, immotus, contumax, refractarius, im mobilis. *Phr*: Judicii nimium tenax. Sententia suæ justo addictior. Obstinati animi, Fero & adversus omne remedium contumax. *Sent*

Pestis. Syn: Pestilentia, pernities, lues, con tagio. *Adj*. Calamitosa, detestabilis, funesta Reip: miserrima, perniciosa, horribilis, teter rima, infesta, maligna, grassans, inimica. *Phr* Dira lues, pestifer animus, Pestilentia laborat est. Contagio ipsa vulgabat morbos. Grav pestilentia conflictati. Omne mortalium gen vis pestilentiæ depopulabatur, Pestis invasit

Philosophus. Phr: Philosophiæ alumnus. De cus Peripathethicorum. Nihil est in hac rer varietate atq; natura, quod non acerrimè cõ templetur, nihil ita occultum retrusũ, divin in cujus se cognitionem è rebus antea inve stigatis non insinuet. Qui res naturæ involu cris tectas, investigare novit. Ætatem totam i

adi-

ditu Philoſophiæ verſantur, aditum nunquã ident. *Sent*: Philoſophi magna loquuntur, ed nec modica faciunt. *S. Chryſoſt*: Nihil eſt hiloſopho turpius vitia obſcæna ſectanti. *alvian*- Verus Philoſophus corporis cultum ontemnit. *Plato.*

Pietas. *Syn*: Devotio Religio. *Adj*: Maxima umma, incredibilis, inſignis, mira, tacita, ancta, ſpectata, egregia, avita. *Phr:* Pius Dei ultus. Graviſſimum & Sanctiſſimũ Pietatis omen. Procreatrix & quaſi Parens reliquarũ irtutum. Mater officiorũ omniũ; Magiſtra itæ. *Sent*: Pietas ad omnia utilis eſt. 1 *Tim*: . Multi induerunt indumenta Pietatis, virutem verò negaverunt. *S. Anton*: *Abb:* Sine ietate & virtute; nemo verè honeſtus unquã rit. *Lipſ*:

Pius. *Syn*: Devotus, Religioſus. *Phr*: Pieti addictus; Religioni deditus; Divini cultꝰ udioſus, Vir cæli dotibus cumulatiſſimus. uem omnes non tanquam in hac terra geniım; atq; in luce editum, ſed tanquam è cæ- delapſum intuentur. Innocentia vitæ, graitate morum, ſtudio doctrinarum, amore vetatis, pietate in Deum, liberalitate in paupes commendatus.

Piger. *Syn*: Deſidioſus, ignavus, deſes, ins, ſocors, negligens, ſegnis veternoſus. *Phr*: orpore langvens. Oſcitans & dormitans. Sũo in otio vitam degens. Turpi inertiæ dedi-

tus.

tus. Otio diffluens. Operis ac laboris expers. Ignaviæ infectus labe. Langvori desidiæq; deditus. *Simil*: Sicut acetum dentibus, & fumq oculis, sic piger his, qui miserunt eum in via *Prov*: 10. Pigritia parca laboris, pestis Juvenum, hebetans sensus, corpus enervans, exosa laborē. *V. otium.*

Pingvis Syn: Præpingvis, saginatus, crass9, obesus, *Phr*: Pingvedine vel crassitie diffluens Adipe sartus. Quis potest in tanto abdomine in tam vasta corporis mole spiritus locum habere.

Placare. Syn: Lenire, mitigare, flectere, sedare, mollire, mulcere, temperare, cōponere, compescere, moderari. *Phr*: Ad animi placabilitatem benevolentiamq́; traducere. Mentē iracundiæ & fortunæ pennis evectam ad dulcē humanitatem, lenitatemq́; inflectere.

Podagra. Arthritis. *idis*. *Adj*: Immitis crudelis, molesta, acerba, importuna, insomnis, immedicabilis, quærula. *Phr*: Morbus articularis. Articulorum dolor. Podagræ doloribus ardens. Quem podagra afficit, magno honore afficit. *Binet.*

Pœna: *Syn*. Supplicium, animadversio, incommodum, mulcta. *Adj*: Acerbissima, justa ac debita, nimis magna, crudelis, digna scelere, gravissima, sera, levissima. *Phr*: Innumerabiles debuit subire cruciatus. In angustias compulsus, Acerba cura, ingens, solicitudo,

gra

gravis molestia animum meum occupat, exagitat, torquet. Gravis in me solicitudo incūbit. *Sent*: Peccantem justa pæna sequitur. S. *Aug*: Omnis pænarum finis bonorū exordiū est, & dolor proficit ad sanitatem. *S. Hier*: Satis est pænarum potuisse puniri *Sent*: Prima & maxima peccantium est pæna peccasse. *Idem. Simil*: Ut qui diutina tabe conficiuntur, non effugiunt mortē, sed lentè morientur; sic qui non statim puniuntur, non effugiunt pænā, sed longā ducuntur pænā.

Pænitentia. Syn: Pænitudo, contritio. *Adj*: Mærens, amara, irrequieta, salutaris, utilis. *Phr*: Criminis admissi dolor. Noxæ pænitudo. Culpæ expiatio Culpā pæna eluere susceptâ pænâ noxam expiare. Intimis angi sensibus. Culpā eluere lachrymis. *Sent*: Si Pænitentiā nō egeritis, omnes simul peribitis. *Luc*: 13. *Peccavi* ! o quantū valent tres Syllabæ ! tres enī syllabæ sunt: *peccavi*; Sed in tribus syllabis flamma sacrificii cordis pænitentis ad cælum ascendit. S. *Ambr*: Vis ut sit fructuosa ? non sit sera, considera, hodie te corrige. *S. Aug*: Pænitentia cœlum aperit, in Paradisum ducit, diabolum superat. S. *Chrysost*: *Simil*: Sicut aqua ignem extingvit ardentem; sic pænitentia diluit crimina fontibus lachrymarum.

Pöeta. Adj: Nobilis, egregius, summus, ineptus, clarissimus, facetissimus, ingeniosus. *Phr*: Qui tersâ & facili venâ versus scribit.

Qui verſus magna ingenii felicitate conficit. Qui oblectamenta auribus animisq; quærunt. Quibus aures oblectare propoſitum, & dulcē fabulam nectere.

Poteſtas Syn: Facultas, dominatio, Imperiū. Vis. *Adj*: Ampliſſima, incredibilis, juſta & legitima, ignominioſa, flagitioſa, clemens, moderata. *Phr*: Tibi in manu eſt. Eſt tuæ facultatis. Eſt tuarum virium. Hujus rei poteſtas omnis in te ſita eſt. Optio penes me eſt. Summa poteſtate præditus. Amplis validisq; pollēs opibus ditionibus, *Sent*. Omnis potentia ſæculi, ſomniū, nō veritas eſt. *S. Ambroſ*: Quanto ſis celſior poteſtate, tanto humilior fias pietate. *S Aug*. In potentia nullo modo eſt gloriandū, ſed ſemper de caſu timendū. S. *Bonav*: Subtiliſſima ars vivendi eſt culmen tenere & gloriam premere; eſſe quidem in potentia, ſed potentem ſe eſſe neſcire. *S. Greg*: Major Poteſtas nonniſi melioribus debetur. *S. Th*: *Aqu*: *Simil*: Ut acciſæ pennæ tempore renaſcūtur, ita niſi aſſiduo, premas renaſcitur potentia. *Exaſm*:

Prædari. *Syn*: Spoliare, deſpoliare, expilare, adimere, auferre, detrahere, rapere. *Adv*: Apertè, palam, impudentiſſimè, improbè. *Phr*: Hoſtiles agros prædari. Prædas ex hoſte agere. Maximos quæſtus prædasq, facere. Ærarium exhaurire. Aliquem bonis omnibus evertit. Nihil reliqui victis facere. In fines Regni excurrere.

Provi-

Prævidere. *Syn*: Providere, proſpicere. *Phr*: Futuras ærumnas cogitatione antevertere. Genus quoddam taciti vaticinii, prudētiæ atq; ſagacitati tribuendū. Eorū inſidias intelligo, odoror. Inſidiæ non me fallunt, non mihi sūt obſcuræ incognitæ Sapientes multo ante provident, longè in poſterum proſpiciunt; conjectura aſſequuntur.

Princeps. *Adj*: Clariſſimus, Potentiſſimus. *Phr*: Qui cæterorum obtinet Principatum. Sentētiæ principatum tenet. Glorioſe imperium gerens. Summo jure ſupremâ ditione. In cujus conſilio & auxilio tuta conquieſcit Reſpublica. Cuius vita bonis omnibus optabilis eſt, cujus ſalute publica pendet ſalus. Eum ad ſolium deſtinaſtis, quem collatis ſuffragiis natura, Deus & virtus pro Deo & populo, ſtare edocuerunt. *Sent*: Voluptatis vitium in Principe, totam politiam ſubmittit ruinæ. *S. Anton*: Si amas dici Pater & Princeps, nomen cū honore ſerva, moribus imple. *Beda*. Beata eſt Reſpublica cui Princeps ſapiens dominatur. *Plato*. Princeps pietate, lex Sapientiâ, Juſtitia æquitate ſubſiſtit. *Nier*: *Simil*: Quemadmodum navis niſi peritiori Typhi navarrho gaudeat, jam periit vel ad ſcopulus, naufraga vel ſyrtibus affixa vel vorticibus hauſta; ita pariter Imperium, quod Directorem non meminit, cadet exanime, ſciſſuras patietur. Semper Principi vigilandum eſt, ne quid erret, qui non

niſi

nisi plurimorum pernicie delinquit. *Erasm.*

Probare. vel Evincere. *Phr:* Rationibus cō-firmare, argumentis corrobare. stabilire. Repetitis ex veterū memoria exemplis confirmare illustrare Testatum relinquere Evidentissimâ demonstratione fidem facere. Argumentis minimè dubiis ostendere. Rei dubiæ fidem facere. Ut hæc authoritate tua roborentur.

Probus. Syn: Piùs, integer. *Phr:* Magister morū, probitatis exemplar, Virtutū lumen In quo sincera, & integra, nullisq; fædata maculis natura. Qui fræno rationis ætatis fervore coërcet. nulla libidine trahitur ad dedecus. Ad studiū virtutis inflammatus.

Proficisci. Syn: Peregrinari, discedere, abire. *Adv.* Celeriter, clàm, cupidè, festinanter, maturè, longè, à sedibus suis. *Phr:* Se itineri accingere. *A*uspicatò iter suscipere atq; conficere. Peregrè abire. Longius iter aggredi. Se credere peregrinationi.

Promittere. Syn: Polliceri, spondere, profiteri, offerre, pacisci, *Adv:* Benignissimè, largè promptè, liberalissimè, prolixè. *Phr:* Fidē suā obligare. Promissū facere. Id futurū tibi promitto & in me recipio. Promissa facere, præstare; stare promissis. Pollicita efficere. Efficiā ne fides mea in promissis desideretur; ut à promissò exitus rei non dissentiat; ut verba res confirmet. *Sent.* Multò melius est non promittere, quam fidē promissam non servare. *S. Aug:*

Non

Non ſis citus ad promittendũ, non ad reddendum tardus. *S: Bern:* Tardius promitte & citó promiſſa perage. *S. Ephrem.* Periculosè promittitur, quod adhuc in alterius poteſtate eſt. *S. Hier:* Quod præſtare potes, ne bis promiſeris ulli. *Cato.* Priús quam promittas deliberes, & cum promiſeris facias. *Sent:*

Propugnaculum munire. Phr: Munitionibus firmare, obvallare. Situ urbis cõmunitus. Præſidiis ſalutaribus ſepti. Locus defenſioni opportunus. Magnis firmare præſidiis. Cũ Provinciam pace, præſidiisq; firmaris. *Vide Obſidere.*

Protegere. Syn: Tutari, tueri, defendere. *Phr:* Tegere præſidio, vindicare ab injuriis. Patrocinium vel defenſionẽ alicuj9 ſuſcipere. Injuriam ab aliquo propulſare. Alicujus partes ſuſcipere. Afferre præſidium; præſidio eſſe. Vires ſuas ad Patriæ ſalutem contulit.

Providentia. Syn: Cura, gubernatio, conſiliũ, adminiſtratio. *Phr:* Præviſio rerum gerendarũ in futuro. Exploratio faciendorũ. Omniſcius ille Divinæ Providentiæ oculus inſcrutabili ſuâ ſapientiâ attingit universũ. Æqualiter cura eſt illi de omnibus:

Prudens. Syn: Conſideratus, perſpicax. *Phr:* Magna prudentia & exercitatione præditus. In negotiis maximis laborioſus, in periculis fortiſſimus, in aggrediendis rebus induſtrius, in providendis ſagaciſſimus, in conficiendis

cele-

celerrimus. Inimicorum impetum tui judicij maturitas, induſtria, conſilium, mentis acumen, vincet, franget, debilitabit.

Puer. Syn: Adoleſcentulus, *Adj*: Jucundus, clarus, egregius, feſtivus, humaniſſimus, inſignis, modeſtiſſimus. *Phr*: Supra modũ ætatis ingenio præſtans. *Vide Adoleſcens.*

Pulcher. Syn: Formoſus, decorus, præclarus viſendus, ſpecioſus venuſtus. *Phr:* Egregia formâ, eximiâ, facie ſpecie liberali, Incredibili venuſtate. Excellenti formæ pulchritudine exornatus; Nulli tua forma ſecunda eſt. Domus ſplendide inſtructa.

